227
G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

~~W K I 8~~
~~Paas 1021~~
~~figuur Bibl.~~
227 G 5
N Kr. 56

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Overloop I. a: 11.

63 gravures van Walter van Alsen?
of van Jacob Cornelisz van
Oostzanen: —

Deze was geb. in 1512 en dit
boekje is gedrukt in 1523 dus
zou een kind van 11 jaren deze gravures
hebben moeten maken. Dit is onmogelijk
Volgens Nagler die Monogr. IV p. 8
heeft Jan van Moens Antwerpenaar
de houtsneden gemaakt.

Hollstein: deel V
Jacob Cornelisz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

# PASSIO

Domini noſtri IESV CHRISTI, ſiue Scopus meditationis Chriſtianæ, ex optimis quibuſcꝫ POETIS CRISTIANIS, iiſcꝫ vetuſtiſſimis concinnatus.

Vtinam appenderentur peccata mea, quib⁹ Irã merui, & calamitas quã patior in ſtatera. Qua ſi arena maris, hæc grauior appareret. Iob.6.

Recordare paupertatis, et tranſgreſſionis meæ, abſinthii, & fellis Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. Hoc recolens in corde meo, in deo ſperabo. Miſericordię domini quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius. Tre.3.

Amſtelredamis DODO Petrus Typographus excudebat, ad Chriſtianę pietatis augmentũ, & decus Anno. M. D. XXIII.

Cum gratia, & priuilegio CAROLI Cæſaris.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

## AVTORES.

Prudentius.
Sedulius
Iuuencus
Proba Falconia
Arator
Alcimus Auitus
Franciſcus Petrarcha.
Hercules. Stroza
F. Baptiſta Mantuanus
Ioannes Franciſcus Picus
Angelus Politianus.
Antonius Geraldinus.
F. Iacobus Gouden̄.
Lodouicus Bigus.
Iacobus Montanus Spiren̄.
Ioannes Murmellius Ruremunden̄.
Gaſpar Vrſinus Velius. Germanus
F. Cornelius Aurelius Goudanus
Alardus Amſtelredamus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Alardus. Amſtelredamus. F.
Theodorico Syrenio. S. D. P.

Non æquum eſſe cenſeo ſuauiſſime Syreni, vt q̇cquid eſt mihi Chriſtianoꝝ Poetarũ, nõ ſine qualicũcq; ſtudioꝝ meoꝝ iactura, tot tãtiſcq; mẽ-ſibus haud cunctanter tibi, ſine ullo fœnore commodẽ. Nã tametſi referẽdi facultas tibi vt omniũ rerũ plus ſatis indigo qppe religioſo deſit, promptam tamen adeſſe uoluntatẽ nihil ambigo, qua merito, niſi plane impudẽtiuſculus forẽ flagita-tor, ut cũcq; cõtentus eſſe & poſſem & deberem. Nunc autem quum plus ſatis otij ſuppetat tibi, quod mihi deeſt, & ꝑcq̃; elegãter elementa depingas, qbus vnice delector, & ego omnẽ ſemel ani-mũ deſpõdero, niſi tu me quamcq̃; ſemper alias, nunc vero pluſcq̃; ſatis defatigatũ tot hiſce faſcib⁹ a Põpeio Occone Phriſio viro vt oim̃ humaniſ-ſimo, ita ſtudioſoꝝ amãtiſſimo, derepẽte ĩ humeros noſtros priori adhuc mole fatiſcẽtes reclinatis, leuaris. Non igitur par eſt, te gratis tã diu omne is muſas meas poſtulare uſurarias. Proinde te etiã atcq; etiã rogo, vt omnibus õnium libroꝝ horũ marginalibus oris gnauiter explicatis, obiter annotata a nobis carmina fideliter deſcribas primũ, deinde ſuis q̃cq; imagũculis adijcias, Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

hæc ſicubi meliora forſitan occurrant (occurrēt autē cōplurima modo exactius euoluas) q̄ſ ſub indicauim⁹, ea fac diligēter excerpas Sed appoſi- ta, ſed pia, ſed recondita digeras oportet omnia Cogita mi Syreni plus q̄ddam tibi nunc prēſtā. dum, q̄ſ quod Homerus ille de Syrenū cantibus finxit. Fingit autē ille eas nō vocū ſuauitate, aut nouitate q̄dam, & varietate cantandi reuocare eos ſolitas q̄ præteruehebantur, ſed quia multa ſe ſcire ꝓfitebantur, ut homines ad eaꝝ ſaxa diſ- cendi cupiditate adhæreſcerent. Tibi uero nunc adnitendum atq; adeo adnitendū, vt q̄ſq̄s uere ſalutarem ſitiat poeſim, uere q; Chriſtianos au- dire Syrenes diſcupiat.

Auribus vt ſacris velit hos agnoſcere cantus,
Ac ſimul aſtiterit vocum dulcedine captus,
Poſt varijs auido ſaciatus pectore muſis,
Doctior ad patrias lætus mox tranſeat oras.

Imo curabis ut q̄ſq̄s hæc carmina lectitarit, ilico cū. D. Paulo iam non ſe dicat quicq̄ſ ſcire, vel apud quemuis, niſi Ieſum Chriſtum & hunc cru cifixum. Scio difficillimum eſſe ad q̊d hortor, ſed aliq̄n grauiora vehemens crucifixi medita- tio præſtitit. Nec alia ratio par tanto negocio. Equidem nihil eſt tam arduum in rebus huma-

nis,quod non efficiat ſi hoc ſibi ſentiat animus noſter,quod fuit in Chriſto Ieſu vt magnopere uelit. At inquies. fateor. Cæterũ iam nunc nihil eſſe tentandum reclamitabis , eo quod frigus ſit arctiſſimum, imo tanto magis . Noui eñ tuũ illud corpuſculũ , inuictum eſt, infatigabile eſt, vt non aliunde magis reparare vires, q̃ꝫ de laboribus ipſis videatur . demetenda erit igitur hæc ſyluula maturiſſimis, denſiſſimiſqꝫ arbuſtis vndiqꝫ confertiſſima, vnde ſemper redit labor act⁹ in orbẽ. Vt vel hinc nobis cõgeſtus aliquis amatiſſime faſcicul⁹ mirrhæ, molle intra pect⁹ bifidã qđ ducit in vbera vallẽ, cõiectus cõmoretur, atqꝫ ſubinde pectori appreſſetur, q vel algentiſſimũ olfaciẽtis animũ vehemẽter alliciat, demulceat, & inflammet . Vale, ac vide necubi dormites in hiſce centunculis ꝓbe conſarcinandis, ſtamina tibi atqꝫ ſubtegmina, & licia concinnaui tu deinde pulcherrimam veſtẽ ipſe facito, iterꝝ Vale.

Louanij pridie Calendas Ianuarij 1523.

Alardus Amſtelredamus Lectori

Vt redit, itqꝫ frequens lõgum formica ꝑ agmen
Granifero ſolitum dum vehit ore cibum
Aut ut apes ſaltuſqꝫ ſuos, & olẽtia nactæ
Paſcua, ꝑ flores & Thyma ſumma volant

Sic ruit ad ad ſacros vates Syrenius, atq;
Floribus e vernis dulcia mella parat.

Aliud eiuſdem ad eundem

Nec melius teneris iunguntur vitibus vlmi,
Nec plus lotos aquas, litora myrtus amat.
Nec uaga tam tenui diſcurſat aranea tela,
Tam leue nec bombix pendulus vrget opus
Singula q̄; varijs excerpta poemata libris,
Conueniunt ꝓprijs q̄q; relata locis

Adamus Verdunius Hagēſis Ad piū lectorē,

Habes hic optime lector aduentum, uitam, obitum, Reſurrectionēque Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti uerſibus doctis, iuxta ac pijs, ex diuerſis & religioſiſſimis quibuſque Chriſtianę religionis poetis. Quos & plurimos fuiſſe conſtat, & ōni literaꝝ genere excultiſſimos, vt qui nō raro fidem noſtram a gentilium, & hæretico rum impietate vindicarint, eamque eximijs literaꝝ monumentis egregie locupletarint. Faceſſant igitur blaterones nonnulli, homines ad cōtentiones, & iurgia nati, alienoꝝ laboꝝ iniqui plane, & inuidi detractores, ſuorum vero vſque ad inſaniam admiratores, quibus protinus abominabile videtur, quicquid præter eoꝝ morē, hoc eſt, erudite ſcriptum eſt, quiſq; adeo nil (vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Comicus ait)placet, niſi dominatum ſuæ, Faceſ-
ſant igitur, inquam, & deſinãt carpere, raptare,
imo lacerare diuinã ipſam poeticen, quaſi quæ
nil niſi moribus officiat, quæque nihil in mediũ
afferat, unde pietatẽ liceat diſcere. Quum eam
ipſe. D. Paulus non dedignatus ſit in teſtimoniũ
adducere, & poetam Epimenidem prophetam
appellare non ſit veritus, cumque uideant tot, tã
pios, tamque inſignes ſanctæ eccleſiæ proceres
huic operã nauaſſe, huic que præcipua fidei no-
ſtræ miſteria concrediſſe. Atqui hanc farra-
ginẽ, ſiue hæc miſcellanea vtiq; debemus Alar-
do Amſtelredamo, cui vnice curæ eſt, huma-
nas literas, & bona ſtudia ſemper uigili adiuua-
re induſtria, promouereque. Quiq; non imme-
mor ſe ſibi ſoli natum nõ eſſe, quæſtũ in animũ
inducit eſſe maximũ, quam maxime communi-
bus ſeruire commodis. Quam obrem ſtudio-
ſorum quidẽ partes erunt hunc tam laudabilẽ
eius conatum grata manu, hilarique uultu ſuſci-
pere, atque ſiquid in hijs obuiũ fuerit, quod for
te offẽdat, aut tempoꝝ iniuriæ (quæ rectiora ex
emplaria, uel intercidere paſſa ſit, uel omnino
non ſubminiſtrauerit) imputare, aut ipſorum
autoꝝ pio feruori, quibus magis ſancte, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

emendate ſcribere ſtudio fuit, Valc Louanij ex
Collegio Trilingui. Anno 1523 .No. Feb.

Herculis Strozę Titi filij libro Proſeuchō.
Ad trinū & unum deum Elegia.

Nate patris ſummi, quem trinū credit, & vnum
Cuncta ſalutifera turba redempta cruce.
Vipereum qui morte tua ſcelus abluis, & nos
Aetheria dignos conditione facis,
Da precor auxilium, ditis tela impia contra,
Vindice te nullos fas timuiſſe dolos.
Tu patris ad dextrā, magno dominaris olympo
Tu ſoboles, tu mens, conſiliūq; dei es.
Tu ſine patre nihil, ſine te nihil efficit ille,
Tum ſine utroq; ſacer nil meditatur amor.
Quod ſtatuis, ſtatuit genitorq;, et ſpiritꝰ, vnam
Vim tribus, atq; unū numen ineſſe patet,
Eſt cœli, rerūq; parens antiquior omni
Principio, & nullo tempore progenitus.
Hic geminos erat ante polos, terrāq;, fretumq;,
Etherioſq; choros, ſæcla per innumera.
Omnibus infuſus, ſecretus ab omnibus, idem
Totus in immenſo ſemper vbiq; fuit.
Quicquid erat, nūc eſt, et erit quodcūq; per æuū
Huius deprendi forma, moduſq; nequit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Hoc vero haud genito es genit⁹ gñitore, nec illo
Diceris æterna conditione minor.
Sic iubar æquæuum radiatis emicat aſtris,
Aſcenſoq; ſimul naſcitur igne calor.

Herculis Strozæ Elegia

Quum deus humana dignatus claudier aluo,
Et ſine prolifico ſemine factus homo es.
Factus homo, miſtuſq; deo, conſorſq; duorꝝ,
Vt mala deleres crimina ſontis Adæ.
Aſt olim oceanum qui ſe ſuper alta ferebat
Sanctus ab ambobus ſpiritus ille venit.
Treſq; licet numero, deus vnus, et vna poteſtas
Ceu tria de ſolo ſole uenire liquet.
Ergo adſis, faueaſq; meis deus unice uotis,
Si tua ſincera numina mente colo
Si cœli & terræ, ſi crederis arbiter undæ,
Non noceat cœlum, terra, fretũ ue mihi.
Nil ſtigias metuam poſt vltima fata ſorores,
Si pecudum fibras numen habere nego.
Si nec ſaxa colo, nec quem de more prophano
Incluſum ſepto barbara Memphis alit,
Si genitum uerbo fateor, ſi virgine natum,
Sydcraq; aduentus, ſigna dediſſe tui.
Si lœthi te leua cano ludibria paſſum,
Dum pius humano conſuleres generi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Et ſi flammifero domiti Phlegetontis ab amne
Credimus ad patrios te remeaſſe polos.
Da precor in cineres, vbi flãma reſoluerit orbẽ
Optatum in ſupera ſede tenere locum.

FINIS

Alcim⁹ Auitus.li. i. de mundi origĩne

Iam pater omnipotens librantis pondere verbi
Vndiq; collectis diſcreuerat arida lymphis,
Littoribus põtum conſtringens, flumina ripis.
Iã proprias pulchro mõſtrabat lumine formas,
Obſcuro cedente die: varioq; colore
Plurima diſtinctum pingebat gratia mundum
Temporibus ſortita vices tum lumina cœlo
Fulſere, alterno ſolis lunæq; meatu.
Quin et ſyderius nocturno tempore candor
Temperat horrentes aſtrorum luce tenebras.
Actutum ſuaui producens omnia fœtu.
Pulchra repentino veſtita eſt gramine tellus.
Accepere genus, ſine germine iuſſa creari
Et ſemen voluiſſe fuit, ſic vbere verbi
Frondeſcunt ſiluæ, teneris radicibus arbor
Durauit vaſtos paruo ſub tempore ramos.
Protinus in varias animalia multa figuras
Surgũt: & vacuũ diſcurrũt bruta per orbem:
Elatę inq; altum volucres motuq; citato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Pendentes ſecuere vias: et in aere ſudo
Prępetibus librant membrorꝝ pondera pennis
Poſt etiam clauſi vaſto ſub gurgite piſces
Reſpirant lymphis, flatuſq; ſub æquore ducunt
Quæque negant nobis, illis dant humida vitam

Idem apud Probam Falconiam.

Alcim⁹. A. li. de mundi origine. i.

Temperat humenten conſperſo puluere limū:
Moliturq; nouū diues ſapientia corpus.
Vertiť in carnem limus, durataq; molles
Viſceribus mediȷ̈s traxerunt oſſa medullas.
Inſeritur venis ſanguis: viuoque colore
Inficit ora calor, toto tum corpore pallor
Pellitur & niueos depingit purpura vultus.
Inde vbi perfectis conſueſcit viuere membris
Totus homo, & fumant calefacta vt viſcera, ſolā
Expectant animā, puro quam fonte creator
Promat: & erectos recturam mittat in artus.
Lenem perpetuo flatum profudit ab ore:
Inſpiratq; homini, quem protinus ille receptum
Attrahit: & crebri diſcit ſpiraminis auras.
Poſtq; naſcentem ſolers prudentia ſenſum
Imbuit: & puro rationis lumine fulſit.
Surgit: & erectis firmat veſtigia plantis.
Tum varias mundi ſpecies, cœliq; figuras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Mirantem,tali compellat voce creator.
Hæc quæ mundanis cernis pulcherrima rebus
Incrementa nouis ornatum extenſa per orbem
Solus habe: totiſq; prior dominare fruendo.
Vſibus iſta tuis.non cultibus eſſe memento
Præcellis factis,factorem pronus adora

Et apud Probam Falco.

Interea ſextus noctis primordia ueſper
Retulit,alterno depellens tempore lucem.
Dũq; petunt dulcem ſpirantia cuncta quietem,
Soluitur, & ſumno laxati corporis Adam.
Cui pater õnipotẽs præſſum per corda ſoporẽ
Iecit:& immiſſo tardauit pondere ſenſus,
Vis vt nulla queat ſopitas ſoluere mentes,
Non ſi forte fragor ſecuras uerberet aures.
Nec ſi commoto cœlum nunc intonat axe.
Sed nec preſſa manu rupiſſent membra quietẽ.
Tum uero cunctis coſtaꝝ ex oſſibus vnam
Subducit læuo lateri:carnẽq; reponit:
Erigitur pulchro genialis forma decore:
Inq; nouum ſubito procedit fœmina vultum,
Quam deus æterna cõiungens lege marito.
Coniugij fructu penſat diſpendia membri.
Iſtius indicium ſomni mors illa ſecuta eſt.
Sponte ſua ſubijt ſumpto quã corpore Criſtus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Qui cum paſſurus ligno ſublimis in alto
Penderet, nexus culpas dum perderet orbis
In latus extenſi defixit miſſile lictor.
Protinus exiliens manauit vulnere lympha.
Qua viuum populis iam tum ſpōdente lauacrū
Fixit martyrium ſignans et ſanguinis unda
Inde quieſcenti gemina dum nocte iaceret
De lateris membro ſurgens Eccleſia nupſit.

Vide Probam Facolniā.

Alcimus.li.i.de origi.mundi.

Principio rector tanti ſacrare figuram
Diſponens vincli, nectit cōnubia verbo.
Viuite concordi ſtudio: mundūq; replete,
Creſcat longæuum fœlici ſemine germen.
Non annis numerus, uitæ nec terminus eſto.
Progeniem ſine fine dedi, quam tempore toto
Aſpicies, generi primus qui poneris auctor,
Taliter æterno coniungens fœdere vota.
Feſtiuum dicebat hymen, caſtoq; pudori
Concinit angelicū iuncto modulamine carmen
Pro Thalamo paradyſus erat, munduſq; dabat
In dotem. & lœtis gaudebant ſydera flammis.

Deſcriptio Paradyſi deſumpta ex eodē libro.

Eſt locus eoo mundi ſeruatus in axe
Secretis natura tuis, Vbi ſolis ab ortu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Vicinos naſcens aurora repercutit Indos
Hic gens ardentem cœli ſubter iacet axem,
Quam candor feruens albenti ex æthere fuſcat.
Hic ſemper lux pura venit: cœloq; propinquo.
Natiuam ſeruant nigrantia corpora noctem.
Ergo vbi trāſmiſſis mundi caput incidit Indis,
Quo perhibent terram confinia iungere cœlo
Lucus inaccesſa cunctis mortalibus arce
Permanet æterno concluſus limite. poſtq̄
Decidit expulſus primæuus criminis auctor:

Paradyſi deſcriptio

Cœleſtes hæc ſancta capit nunc terra miniſtros.
Non hic alterni ſuccedit temporis vnquam
Bruma: nec æſtiui redeunt poſt frigora ſoles,
Excelſus calidum cum reddit circulus annū.
Vel denſante gelu caneſcunt arua pruinis.
Hic ver aſſiduum cœli clementia ſeruat.
Turbidus auſter abeſt: ſemperq; ſub aere ſudo
Nubila diffugiunt, iugi ceſſura ſereno.
Nec poſcit natura loci quos non habet imbres
Sed contenta ſuo dotantur gramina rore.
Perpetuo uiret omne ſolum: terræq; tepentis
Blanda nitet facies, ſtant ſemper collibus herbæ
Arboribuſq; comæ: quæ cum ſe flore frequenti
Diffundunt celeri: & confortant germina ſucco,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Nam quidquid nobis toto nunc naſcitur anno
Menſtrua maturo dant illic tempora fructu.
Lilia perlucent nullo flaccentia ſole:
Nec tactus violat. violas: roſeumq; ruborem
Seruans perpetuo ſuffundit gratia vultum
Sic cum deſit hyems nec torrida ferueat æſtas
Fructibus autumnus, ver florib⁹ occupat annũ.
Hic quæ donari mentitur fama Sabæis
Cinnama naſcuntur, uiuax quæ colligit ales
Natali cum fine perit, nidoq; peruſta
Succedens ſibimet, queſita morte reſurgit:

Ex Alcimo. A. li. de mundi origine.

Nec contenta ſuo tãtum ſemel ordine naſci:
Longa veternoſi renouatur corporis ætas:
Incenſamq; leuant exordia crebra ſenectam.
Illic deſudãs fragrãtia balſama ramus,
Perpetuũ pingui promit de ſtipite fluxum.
Tum ſi forte leuis mouit ſpiramina ventus
Flatib⁹ exiguis, leuiq; impulſa ſuſurro
Diues ſylua tremit foliĳs, ac flore ſalubri
Qui ſparſus terris, ſuaues diſpenſat odores
Hic fons perſpicuo reſplendens gurgite ſurgit.
Talis in argento non fulget gratia, tãtam
Nec criſtalla dabunt nitido de frigore lucem.
Margine riparum virides micuere lapilli:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Et quas miratur mundi lactantia gemmas,
Illic ſaxa iacent. varios dant arua colores:
Et naturali campos diademata pingunt.
Eductum leui fontis de vertice flumen
Quatuor in largos confeſtim ſcinditur amnes.
Eufraten, tigrinq; vocant, qui limite certo
Longa ſagittiferis faciũt confinia Parthis.
Tertius inde Geon, latio qui nomine Nilus
Dicitur ignoto cunctis plus nobilis ortu
Cuius in Aegypto leuis perlabitur vnda
Ditatura ſuam paruo ſub tempore terram.
Nam quoties tumido perrumpit flumine ripas
Alueus: & nigris campos perinundat harenis.
Vbertas taxatur aqua. cœloq; vacante
Terreſtrem pluuiam diffuſus porrigit amnis.
Tunc incluſa latent lato ſub gurgite Memphis.
Et ſuper abſentes proceſſor nauigat agros.
Terminus omnis abeſt, æquatur iudice fructu:
Annua ſuſpendens coniectus iurgia limes
Gramina nota videt lætus ſubſidere paſtor
Inq; locum pecorꝝ viridantis iugere campi
Succedunt nantes aliena per æquora piſces.
At poſtq̃ largo fœcundans germina potu
Lympha maritauit ſitientis viſcera terræ.
Regreditur Nilus: ſparſaſq; recolligit vndas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Fit fluuius pereunte lacu, tum redditur alueo
Priſtina riparum concluſit fluctibus obex.
Quart⁹ Phiſon erit, quē poſſidet India Gangē.
Motus odorifero quoties qui uertice creuit
Deciduas pulchro quas ſpargunt flamina lucro
Prælambens furatur opes: & gurgite noſtrum,
Ducit in exilium: nam ripa largus vtraq;
Amnibus ut noſtris en odes ferre papyros
Aut ſcirpos, algaſq; leues deducere mos eſt,
Excrementa trahens magnus ſic ditia Ganges.
Hoc etiam donat mundo, quod proijcit alueo.
Apud Io. Franciſcum Picū mirādu. li hymno. i.

Ex li. de mundi origine. Alcimi Auiti.

Interea primi ſumm⁹ quos iunxerat auctor
In paradyſiaca ponuntur ſede beati.
Tum rector tali proponit præmia lege.
Aſpicitis quanto pulcherrimus ubere lucus
Per multas famuletur opes. hæc cūcta dabūtur
Ad veſtros ſine fine cibos, hinc eſca petatur,
Sumite conceſſas fruges: & carpite poma.
Hic operis dulcis ſtudio ſecura quieſcat
Delitijſq; fruens longæuo in tempore vitā.
Fit tamen in medio nemoris quā cernitis arbor,
Noticiam recti. prauiq; in germine portans.
Huius ab acceſſu vetitum reſtringite tactum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Nec vos forte premat temeraria diſcere cura,
Quod doctor prohibet, melius neſcire beatis
Quod queſiſſe nocet, teſtor quem fecimus orbē
Q; ſi quis vetitum præſumpſerit arbore pomū,
Audax commiſſum mortis diſcrimine pendet.
Non immenſa loquor, facilis cuſtodia recti.
Seruator vitam, finem temerator habebit.
Accipiunt iuuenes dictum: lætiq; ſequuntur.
Spondentes cuncto ſeruandam tempore legem.
Sic ignara mali nouitas, nec conſcia fraudis
Incautas nulla tetigit formidine mentes.
At pater inſtructos ſacrata in ſede relinqnens,
Lætus in aſtrigeram cœli ſe ſuſtulit aulam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Alcimꝰ Auitꝰ.li.2.de mundi origine.
Forte fuit cunctis animantibꝰ altior aſtu
Aemulus arguto callet qui pectore ſerpens,
Huius tranſgreſſor ſceleratus ſumere formã
Eligit,aerium circundans tegmine corpus.
Inq; repentinum mutatus,tenditur anguem
Ergo vt vipeream maleſuada fraude figuram
Induit:& totum fallax proceſſit in anguem
Arboris erectæ ſpiris reptantibus alto
Porrigitur:tractumq; ſuum ſublimibus ęquãs.
Vnum de cunctis lętali ex arbore malum
Detrahit:& ſuaue pulchrũ profundit odorem,
Auditum hinc facilem leni ſic voce momordit.
O fœlix mundiq; decus,pulcherrima virgo
Scire velĩ,quis dura iubet,quis talia dona
Inuidet:ac rebus ieiunia miſcet opimis.
Conſilium mage ſume meũ, mea dicta capeſſce.
Namq; hoc qđ vetitũ formidas tangere pomũ
Scire dabit quæcũq; pater ſecreta reponit.
Tu modo ſuſpenſos tm̄ ne contine tactus.
Annuit inſidijs: pomũq; vorata momordit.
Interea accelerat mox facti conſcius Adam
Conſilijs miſere paret mulieris iniquis
Lœtiferamq; vorans ingeſſit faucibus eſcam.
Proba Fal.Seduliꝰ.li.i. Prudẽtius in Dittocheo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Io. Franciſci Pi. li. i. hymnorꝝ. Heroicum.
Tum pater omnipotens excludit ſede beata
Humani patrem generis, profugũq; retrudit.
Cui ſpinas, tribuloſq; parit iam dędala tellus
Sponte ſua, victum duro defoſſa lacerto
Præbet, et immiti ſemper lacerata ligone.
Ex illo labor, atq; operum patientia manat.
Ex illo cœpit tellus ſæua eſſe nouerca,
Quæ fuit ante parens, ex illo cura, fameſq;
Humanũ pr eſſere genus, morbiq; metuſq;
Venere: & uario ſubĳt mors improba greſſu.
Nam poſtq; extorris, ſũmoq; e culmine lapſus
Terrenus genitor, poſtq; romphæa tremendi
Præſidis omne aditum fœlicis deſtruit horti,
Elataq; truces cinxerunt mœnia flammæ,
Amiſſum imperiũ eſt, quo cãpi armẽta virẽtis,
Quo cœli volucres, quo vaſti belua fluctus
Ceſſiſſent homini, tumq; omnis turba ferarꝝ
Multiplici aſſultuq; horrenda, et voce rebellis
In genus humanum ſtruxit crudelia bella.
Et genꝰ õne auiũ, et pecudũ, genꝰ omne natantũ,
Infeſtum eſt homini, ſpernenti iuſſa tonantis.

Alcimus Aui. li. 3. de ſententia dei
Sedulius. li. i. Et Proba Falco.
Prudentius in Dittochæo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Baptiſt Man. li. 2. parthenices Marianæ

Aera per liquidum ſtellato lapſus olympo
Nuntius: en celeri penetrat ſecreta volatu
Limina, ad ingreſſum ſubitæ perterrita lucis
Extulit attonito titubantia lumina vultu,
Et formam mirata viri tabeſcere caſtum
Pectus; & inſidias metuens palleſcere cœpit.
Aliger arguta reſerans noua nuncia voce,
Pone metus (inquit) ſuperis gratiſſima virgo,
Læctus ab ætheria venio tibi nuncius arce,
Aeterni iucunda ferens mandata tonantis;
Conceptura nouos ullo ſine ſemine fœtus,
Et prolem paritura dei materq; futura es
Stirpis olympiacæ, tactus non paſſa viriles:
Et deus ipſe tuam veniens labetur in aluum,
Greſſibꝰ occultis, tuaq; intra viſcera corpus
Ipſe ſibi formans, poſt nonæ tempora phœbes
Exiet humanæ velatus imagine formæ,
Arma ferens pacis venit, atq; ſalutifer orbi.
Nuncius hæc, humilis firmato pectore virgo
Imperio dixit magni parere tonantis
Cogimur: & miti curuans caput annuit ore.
Candida virginitas, ſimplex prudentia, velox
Et matura fides, humiliſq; modeſtia totos
Lætitia impleuit cœlos: & ſydera cantu

Sedulꝰ li. i. Pruden. in Ditto. Iuuē. li. i. Io. Picꝰ hym. 2.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

F. Bap. Mantua. li. 2. parthenices Marianæ.
Plena deo mater, fœtuq; animoſa latenti
Trans iuga, trans altos ſaxoſa cacumina mõtes
Se tulit, ad ſ̄era fœcundam prole parentem.
Attulerat ſextum grauidæ iam Delia menſem,
Cum pleni languebat anus ſub pondere ventris
Zachariæ cõiunx, cui nomẽ Helizabeth, annis
Iam grauis, hæc longo ſterilem ſe fleuerat æuo.
Oranti tandem diuũm data munere proles.
Vt conſanguineas iunxerunt oſcula matres
Mutua, & iniecti ſtrinxerunt colla lacerti,
Grandior afflatu vicini numinis infans
Geſtijt: & ſubito dominũ confeſſus honore,
Maternam inſolitis concuſſit motibus aluum.
Tunc anus aduentu charę lætata puellę,
Et ſuccenſa deo dixit: tu ne illa propago
Expectata diu nobis: Tu ſecula portans
Aurea fœminei tollis conuicia ſexus.
Vnde igitur mihi tantꝰ honos, vnde iſta repẽte
Gaudia prorumpunt, vt ſemine plena tonantis
Fœmina, ſacratos ferat ad mea limina greſſus:
Hæc anus, at blandis ſic vocibus orſa virago:
Magnifice regem mea mens extollit olympi;
Et deus exhilarat ſancto mea viſcera plauſu.
Propterea cuncta me dicent ſæcla beatam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Cœlius. Sedulius libro primo.

Iamqꝫ nouem lapſis decimi de limine menſis
Fulgebat ſacrata dies, cum virgine fœta
Promiſſum cōpleuit opus verbū caro factū eſt,
In nobis habitare volēs. Tunc maximus infans
Intemerata ſui conſeruans viſcera templi,
Illęſum vacuauit iter, pro virgine teſtis
Part⁹ adeſt, clauſa ĩgrediēs; & clauſa relinquēs.
Quę noua lux mundo; quæ toto gratia cœlo:
O facilis pietas, ne nos ſeruile teneret
Peccato dominante iugum, ſeruilia ſummus
Membra tulit dn̄s: primiqꝫ ab origine mundi
Omnia qui proprijs veſtit naſcentia donis,
Obſitus exiguis habuit velamina pannis.
Quēqꝫ procelloſi non mobilis vnda ꝓfundi, et
Terrarū non omne ſolum, ſpacioſaqꝫ lati
Non capit aula poli, puerili in corpore plenus
Manſit, & anguſto deus in pręſepe quieuit.
Tunc prius ignaris paſtorib⁹ ille creator
Enituit, quia paſtor erat: gregibuſqꝫ refulſit
Agnus: & angelicus cecinit miracula cœtus.

Iuuencus euan. hiſtoricæ libro primo.

Talis et angelici vox agminis aëra complet:
Gloria ſupremū comitetur debita patrem:
In terris iuſtos homines pax digna ſequetur

Pru. in Ditto. Prob. Fal. In itinerario. F. Cor. Aurelij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

## C.Sedulius libro.i.

Eoi venere magi:natūq; requirunt
Regem alacres,ſummo ſeruantes lumina cœlo
Feſtinant:ſiduſq; micans regale ſecuti,
Optatam tenuere viam,quæ lege futura
Duxit adorantes ſacra ad cunabula gentes,
Theſauriſq; ſimul pro religione ſolutis
Ipſę etiam vt poſſent ſpecies oſtendere Chriſtū.
Aurea naſcenti fuderunt munera regi;
Tura dedere deo,myrrham tribuere ſepulchro,
Cur tria dona tamen:qm̄ ſpes maxima vitę eſt,
Hunc numerum confeſſa fides:& tēpora ſumm⁹
Cernens cuncta deus preſentia,priſca,futura,
Semper adeſt,ſemperq; fuit,ſemperq; manebit
In triplici virtute ſui,tunc cœlitus illi
Per ſomnum moniti,contemnere iuſſa tyranni
Per loca mutati gradientes deuia callis,
In patriam rediere ſuam. Sic nos quoq; ſanctam
Si cupimus patriam tandem contingere,poſtq̄
Venimus ad Chriſtū, iam non repetam⁹ iniquū

## Proba Falconia Veneta

Agnouere deum proceres,cunctiq; repente
Munerib⁹ cumulant,& ſanctum ſydus adorant.
Tunc vero manifeſta fides,clarūq; paternæ
Virtutis nomen,& Chriſti agnoſcere vultum
Flagrant,& quæ dent diuini ſigna decoris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

B. Mantuanꝰ li. 3. Parthenices Marianæ

Regia poſt partum virgo: quæ limina nuncq;
Liquerat: & tectis breuibus abſcondita nondū
Venerat ad Solymas arces, altamq; Sionem,
Peruigil ante diem petijt cum prole; viroq;
Et cum pauperibus donis Solomonia templa.
Munus erat, veteri gentis de more pudicæ
Turturis: aut Paphiæ duo pignora parua colū.
Iſta Sacerdoti ſolymæ paupercula matres (bæ.
Munera pro natis deferre in templa ſolebant.
Tum ſenior Symeon, longo venerabilis æuo,
Sollicito greſſu celſam properabat ad ædem.
Hunc deus aſſiduis orantem fletibus olim,
Audierat, perhibēs, ſua non ventura ſepulchri
Funera, quam fracto deus illuceſceret orbi.
Hic igitur dulcem materno pectore natum
Accipiens: letis animis & fronte ſerena
Dulce deo Carmen: meritaſq; exoluere grates
Cœpit, fatidicis ſoluens ſua vocibus ora:
Iam mea ſancte pater fueras velut ante locutus
Vltima pacifico concludis tempora fine:
Namq; ſalutarem partum tua maxima dona
Vidimus his oculis: his ſuſtentauimus vlnis.
Tum matri conuerſus ait. Tua pectora virgo
Languor, et ingenti dolor implacabilis ictu
Stringet, agens altū mœſta in præcordia vulnus.

C

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuencꝰ Hiſpanꝰ euan.hyſto.li.primo.

Ipſum etiam puerū monitis cœleſtibus actus
Aegiptum cum matre ſimul traducit Ioſeph.
At ferus Herodes ſibimet ſuccedere credit,
Quem callens aſtris quęſiſſet cura magoꝝ,
Quoꝝ præcauto diſceſſu ſollicitatus,
Crudeli tinxit Bethlemica compita cæde.
Infantes mandans/teneramqꝫ ſub vbere plebem
Innocuam,in ſinibus rigido ſuccumbere ferro.
Hæc etiam cędes olim pręſcripta manebat.
Nam pius hanc vates diuino numine doctus
Complorat:miſeræ ſobolis pro funere matres
Horrenda grauiter pulſabunt æthera voce.
Aſt vbi ſopitus furor eſt, & ſęua tyranni
Infantū roſeo feritas ſaciata cruore
Extinxiſſe putat cunctos,quos vnus et alter
Annus lætiferi miſeros oppreſſerat æui,
Mirandis rurſus deuinctus membra ſopore
Ioſeph vrgetur monitis,Mariam,puerumqꝫ
Aegipto ad patriam vectare:vbi Nazara felix
Olim prædictum puero dedit addere nomen.

Proba Falconia

In Itinerario Salua.Cor.Aure.Et in.2.
hymno Io.Pici Miran.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

℃. Sedulius li. primo De innocentibus.

Ergo vbi deluſum ſe comperit, impius iram
Rex aperit, ſi iure queat rex ille vocari,
Qui pietate caret, propriam qui non regit iram
Ereptūq; gemens facinus ſibi ceu leo frendens
Cuius ab ore tener ſubito cum labitur agnus.
In totum mouet arma gregem, māditq;, trahitq;
Molle pecus: trepidæq; vocāt ſua pignora fœtæ
Ne quicquā: et vacuas implent balatibus auras.
Haud ſec⁹ Herodes Chriſto ſtimulatus adēpto.
Sternere colliſas paruorū ſtrage cateruas
Immerito nō ceſſat atrox. Quo crimine ſiplex
Turba perit: Cur qui uix dum potuere creari.
Iam meruere mori: Furor eſt in rege cruento
Non ratio, primoſq; necans vagitus, & audens.
Innumerꝝ patrare nefas, puerilia mactat
Millia: plangorēq; dedit tot matribus vnum.
Hæc laceros crines nudato vertice rupit,
Illa genas ſecuit, nudum ferit altera pugnis
Pectus, et infelix mater, nec iā modo mater
Orba ſuper gelidum fruſtra premit vbera natū.
Quis tibi tunc lanio cernenti talia ſenſus:
Attamen extinctis quāuis infantibus abſens,
Preſens Chriſtus erat, qui ſancta pericula ſemꝑ
uſcipit: & pœnas alieno ex ſanguine ſumit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

F. Corneliꝰ Aureliꝰ Gou, in itinerario Sal.

Vix octaua dies tibi iam ſucceſſerat orto,
Ecce ſub experto munere creuit amor.
Paruus adhuc teneris ſuſtentas vulnera mēbris,
Ex noſtro ſubiens crimine legis onus.
Cauterium pateris, quo dudum cauteriatis
Integra conficeres membra dolore tuo.
Inſtruis, & prauos nos circuncidere ſenſus,
Et carnem vitĳs mortificare ſuis
Inde tibi nomen diuino numine plenum
Ponitur, et Ieſus diceris vna ſalus.
Ieſus hic o dæmon, victor qui deſtruet orcum:
Eripietqꝫ tuis nos (moriendo) locis.
Huius apex tenuis, iaculatus ab ore fidelis
Deſtituet technas dire tyranne tuas.
O nomen ſuperis celebre, & venerabile terris,
Cuius ad imperium flectitnr omne genu.
Vita, cibus, requies placidæ medicina ſalutis
Fata, famen curans: tollis & omne malum.
Noſter honos, iubilus, epulum, ſapiētia, virtus,
Spes pia, noſtra ſalus, crederis, atqꝫ bonū.

Iuuēcus li. euan hiſto. primo.

Viderat octauā lucem puer, ecce recidi
Ad morem legis: nomenqꝫ aptare neceſſe eſt.
Impoſitūqꝫ illi eſt, monitis cœleſtibus olim
Quod Mariæ vox miſſa deo præcepit Ieſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuenc⁹ preſbiter euan. hiſto.li.primo

Etiam bis ſenos æui compleuerat annos,
Cum paſchę ritum ſeruando ex more parentes
Ad templum læti puerum perducere feſtis
Omnibus annoꝝ vicibus de more ſolebant.
Ergo aderant paſchæ pariter: cunctiſq; diebus
Feſtorum impletis, patriam remeare parabant,
Tum puer in populo comitis veſtigia matris
Deſeruit: templiq; libens ſecreta petiuit.
Illum per vicos vrbis, perq; abdita tecta
Querebat genitrix, ſed lux vbi tercia venit,
Ad templum propere remeat: vatūq; choreis
Inuenit inſertum, legumq; obſcura ſenili
Tractantem cœtu, vix admiratio digna
De pueri verbis ſenibus fuit, at pia mater
Nate ait amiſſum lachrimis te quęro profuſis
Anxia cū genitore gemens, cur queritis inquit?
An nondum ſentis genitrix, ꝙ iure paternis
Sedibus, & domibus natū eſt habitare neceſſe?
Hæc ait: & greſſum ſociat, patriamq; reuiſit.
Nec genitrix tanti perſenſit pondera verbi,
Ordine cuncta tamen cordis ſecreta reſeruat.
At puer obſequijs apte prędulcibus ambos
Ad proprium ſemper cogens nectebat amorē.

F. Bap. Mantua. li. 3. Par. Ma,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

C. Sedulius li. primo.

Sex quaſi luſtra gerẽs placidã Iordanis ab vndã
Venit, vt acciperet hoc quod dare venerat ipſe,
Hunc Baptiſta potens vt vidit ab amne Ioãnes
Indice mox Criſtũ prodit, mox prędicat. Agn⁹
Ecce dei veniens, qui tollet crimina mundi.
Vndis tum Chriſtus torrẽtum tinctus aquarũ,
In ſe cuncta lauit noſtre contagia vitæ,
Ipſe nihil quod perdat habẽs: ſanctoq; liquẽtes
Corpore mundauit latices, lymphaſq; beauit
Gurgitis, & proprijs ſacrauit flumina mẽbris.
Senſerunt elementa deũ, mare fugit: & ipſe
Iordanis refluens curſum conuertit in vndas.
Namq; propheta canens, quid nã eſt mare ꝙ fu.
Et tu Iordanis, retro quid ſubtrahis ãnẽ? (gis iq̃t
Ergo vbi fluminei poſt myſtica dona lauacri
Egrediens ſiccas dominus calcauit arenas,
Confeſtim patuere poli: ſanctuſq; columbæ
Spiritus in ſpecie Chriſtũ veſtiuit honore.
Manſuetũq; docet multũq; incedere mitem
Per volucrẽ, que felle caret. natoq; vocato
Voce patris triplici deus ex ratione probatur.

Iuuencus li. primo
Prudentius Dittoche.
Proba Falconia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

C. Sedulius libro primo mirabi. diui.

Inde quaterdenis iam noctibus, atq; diebus
Ieiunium dapifer ſacro ſpiramine plenum
Inſidijs tentator adit, ſi filius inquit
Cerneris eſſe dei, dic vt lapis iſte repente
In panis vertatur opem, mox pellitur iſta
Voce prius/ hominem non ſolo viuere pane.
Sed cuncto ſermone dei, labefactus et amens
Cum domino montana petit: cũctaſq; per orbẽ
Regnorũ monſtrauit opes, hæc omnia dicens
Me tribuente feres, ſi me proſtratus adores.
Quantum peruerſus, tantũ eſt peruerſa locut⁹.
Scilicet vt fragiles regni affectaret honores,
Qui populis parat æternas ſuper æthera ſedes.
Chriſtus ad hæc, tantum dñm ſcriptura deumq;
Iuſſit adorari: & domino famularier vni.
Tunc aſſumpſit eum ſanctam ſceleratus in vrbẽ,
Et ſtatuens alti ſupra faſtigia templi/
Inquit, ſi patris es natus delabere tecto.
Ad lapidem nunq; poteris collidere plantam.
Chriſtus ait q̃; cæca geris ſub pectore corda
Mens tenebris obſcura tuis, hoc cuſpide foſſus
Dæmon, victoris fugit ora gemenſq;, tremẽſq;,
Tum Chriſto angelici famulantur rite miniſtri.

Iuuencus hiſto. euan. libro primo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuenc⁹ preſbiter euange. hiſto. li. 2.
Inde recedenti, ſupplex ſe protinus offert
Centurio. & precibus proſtratus talibus orat
Impubis pueri cruciatur ſpiritus æger,
Cuius cuncta tepens membroꝝ munia languor
Diſſoluit: vitamq; tenet iam pœna ſuperſtes.
Sed iuſſu miſerere precor, nam tecta ſubire
Crimina noſtra vetant vitæ, luciſq; parentem.
Nunc verbo ſatis eſt iubeas remeare ſalutem.
Subiectos mihi ſæpe viros ſic noſtra poteſtas
Officijs/verbo/iuſſis parere coegit.
Dixerat. Ille viri motus precibuſq;, fideq;.
Talia conuerſus populo dat dicta ſequenti
Haud vnq̃; talem memini me gentis auitæ
Inueniſſe fidem. ſed veris diſcite verbis.
Q⁊ multos homines diuerſis partibus orbis
Progenitos cœli regnũ ſublime vocabit,
Cum patribus veſtris vitali accumbere menſæ,
Progenies quoꝝ cæcis dimerſa tenebris.
Perpetuis pænam cruciatibus acta ſubibit.
At ibi iam bone vir mentis virtute fidelis.
Vt credis, veniet fructus cum luce ſalutis.
Dixerat: & dicto citius cum voce loquentis
Ad puerum celeris percurrunt munera verbi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

C. Sedulius libro. 3.

Poſt dominus pharizęa petens conuiuia cœnæ
Orantis dapibus ſeſe impartiuit amici.
Tunc mulier quam fama nocēs, & plurima vitæ
Mordebāt dilicta ſuæ clementia ſupplex
Corruit amplectens ueſtigia, quæq; profuſis
Irrigat incumbens lachrimis: & crine ſoluto
Nec tergere ſacras/nec ceſſat lambere plantas,
Vnguento fragrante fouens, ſententia donec
Læta dei, quem ferre manū nō pœnitet vnquam
Si nos pœniteat veterem queſiſſe ruinam.
Vade, fides mulier tua te ſaluauit ab omni
Crimine, quod leſum proſtrarat vulnere ſenſū.
Vtere pace mea. magna eſt medicina fateri
Quod nocet abſcondi, qm̄ ſua vulnera nutrit,
Qui tegit: & plagam trepidat nudare medenti.
Mentis peſtiferæ tua ceſſent murmura Iuda,.
Peccantū exemplar prius eſt iam forma ſalutis.
Aſpice defectam fletu, veniamq; petendo
En polluta diu. modicum purgata receſſit
Per gemitum, proprijq; lauans ſe gurgite fletus
Munda ſuis lachrimis redit & deterſa capillis.

Iacobus Mon. Spiren. In faſciculo myrrhæ
Antoni⁹ Geraldin⁹ ægloga octaua
Iuuen. itē quarto euange. hiſto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Sedulius li.3.

Inde means genitum cernit conſidere cœcum
Qui male prægnantis dilapſus ventre parentis
In lucem ſine luce ruit. Tunc ſanguinis ille
Conditor humani, mundiq; orientis origo
Imperfecta diu proprij non paſſus haberi
Membra operis/natale lutũ per clauſtra genarꝝ
Illiniens/hominẽ veteri de ſemine ſupplet.
Nec viſum tamen ante capit, ꝙ voce iubentis
Accepta domini Siloam veniſſet ad vndam.
Et conſanguinei fotus medicamine limi.
Pura oculos fouiſſet aqua. Mox ergo gemellæ
Vultibus effulgent acies: tandẽq; merentur
Ignotũ ſpectare diem. Cognoſcite cuncti,
Myſtica quid doceãt animos miracula noſtros.
Cæca ſumus proles, miſeræ de fœtibus Euæ
Portantes longo natas errore tenebras
Sed dignante deo mortalem ſumere formam
Tegminis humani, facta eſt ex virgine nobis
Terra ſalutaris, quę fontibus abluta ſacris
Clara renaſcentis reſerat ſpiramina lucis.

Apud Iuuuencum euan.
hiſtorie li.3. In Dittocheo
Prudentij



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuencus preſbyter Hiſpa. euange. hiſto li. 2.

Interea thalamis connubia feſta parabant.
In regione Chanaan, vbi mitis mater Ieſu
Cum nato pariter conuiuia concelebrabant.
Vina ſed interea conuiuis deficiebant.
Tum mater Chriſtum per talia dicta precatur,
Cernis lętitiæ iam defeciſſe liquorem?
Aſſint nate bonis ex te data munera menſis.
Illi reſpondet terrarũ gloria Chriſtus.
Feſtinas genitrix, nondum me talia cogit
Ad victus hominũ tempus concedere dona.
Menſarum tunc inde uocat lætata miniſtros
Mater, & imperijs nati parere iubebat.
Sex illic fuerant ſaxis perpulchra cauatis
Vaſcula, quæ ternis aperirent ilia metris.
Hæc iubet e fontis gremio complere miniſtros
Præceptis parent iuuenes, vndaſq; coronant.
Completis lapidum labijs, tum ſpuma per oras
Commiſtas vndis auras ad ſumma volutat,
Hinc iubet vt ſũmo tradant guſtanda miniſtro.
Ille vbi percepit venerandi dona ſaporis,
Increpat ignarũ ſponſum, q pulchra reſeruns
Deteriora prius per menſas vina dediſſet.
His ſignis digne credentum diſcipulorꝝ
Perpetuam ſtabili firmauit robore mentem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Præterienſq; viæ dominus loca Samaritanæ
Humanam flagrante ſitim collegerat æſtu.
Fonſq; pennis aquæ modicā deſiderat vndā,
Vt biberet qua corpus erat, tunc accola gentis
Stans mulier, paruū puteo quē traxerat hauſtū,
Cum dare cunctatur perituræ munera lymphæ
Agnoſcens propriam numeroſa coniunge vitā.
Orat inexhauſti tribui ſibi dona fluenti/
Aeternam poſitura ſitim, qua nemo carere
Dignus erit, domini niſi merſus gurgite Chriſti
Percipiat placidas animæ non corporis vndas.

Iuuencus li.2.euange. hiſtoriæ.

Et iam diſcipuli reduces ſtupuere magiſtrum
Q; ſecreta pījs potiretur fœmina verbis
At properans vrnā mulier fontem prope liquit,
Et populum totis eduxit mœnibus vrbis.
Tum propere Chriſtū fuſæ petiere cateruæ.
Diſcipuli interea rogitabant, ſumeret eſcas.
Ille ſatis ſibi pulchrorū ſupereſſe ciborum
Reſpondit, iam nunc pectus ſatiabitur iſtud,
Si faciam magni genitoris iuſſa per orbem.
Iamq; fides multos plebis fundauerat alta,
Nec iam fœmineis tm̄ concredere verbis
Ipſos/ſed coram virtus manifeſta docebat,
Veniſſet ſæcli q; iam Saluator Ieſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Tum ſecum iubet abruptũ conſcendere montẽ
Petrum. Zebedeiq́ꝫ duos per deuia natos.
Inde vbi peruentum eſt ſecreti montis in arcem.
Continuo Chriſtus faciem fulgore coruſco
Mutatur: veſtiſq́ꝫ niuis candore niteſcit.
Reſpiciunt comites, mediũq́ꝫ aſſiſtere ſanctis
Heliæ, Moſiq́ꝫ vident. Tum talia Petrus
Reſpice num nobis potius diſcedere longe.
An iſtic tante ſpectacula cernere molis
Conueniat: trina tamen hic tentoria nobis
Si iubeas frondis faciam diuerſa paratu,
Singula ſub noctem quæ nos aulæa receptent.
Talia dum loquitur, cœlo præfulgida nubes
Circuniecta oculis veſtibat lumine montem.
Et vox e medio lucis manifeſta cucurrit.
Viuens hic meus eſt natus, mea ſũma voluptas,
Huius iuſticiam iuſto comprændite corde.
Diſcipuli pauido preſſerũt corpore terram,
Nec prius e prono vultus ſuſtollere caſu
Audebant, ſancto Chriſti q̃ꝫ dextera tactu
Demulcens, blandis firmaſſet pectora verbis,
Surgite: & abiectum fortes calcate timorem.
Conſurgunt, ſolũq́ꝫ vident: & voce requirunt,
Cur ſcriptis veterum, ſcribarꝫ factio certet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

In epulonem Euangelicum per Alardum Amſtelredamū

Maxima pauperibus res eſt ſuccurrere, nulla
Diuinus melius arte paratur amor.
Si qd opis ſperes, vt ſit ſperare neceſſe,
Fac miſer ante tuam ſentiat Virus opem.
Iuſta rependetur merces, & præmia factis
Vt ſementis erit. ſic tua meſſis erit
Paucula de multis inopi ſi dona dediſſet,
Infernas nunquam diues adiſſet aquas
Nunc eget auxilio, qđ non tulit, vtq; reliquit
Afflictum. ſic omni ille relictus ope eſt.
Biſſina quē latis cingebat purpura limbis
Cui penus ampla fuit. cui domus ampla fuit
Cui marcēti epulis, atq; inter vina, choroſq;,
Dapſilis. ⁊ ſemper ſplendida menſa fuit
Cui micis inopē fuit impartire moleſtum
Aſſidua miſere nunc perit ille fame
Qui miſero ante fores hærēti tecta negauit,
Frigidioris. itē pocla negauit aquae.
Nec fractū multo porrexit murmure panem
Nec dedit ambeſi mucida fruſta cibi
Dat deus huic nulloſq; lares, inopēq; ſenectā,
Et longas hyemes. perpetuāq; ſitim
Hauſtus aquæ cui nectar erat ſemel ante negat⁹,
Vt ſicca captet flumina fauce. dedit
Sic fauces arēt vt vix via vocis in illis,
Nec ſatis humoris lingua loquentis habet
Conueniens vt quo viuus peccauerit olim
Mortuus hoc ſemper ſupplicio afficitur.
Aeſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis
Flagrāti aſſidua ſic calet ore ſiti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

G. Vrſin⁹ Velius Germa Car. Lucæ. 18.

Iuerat accitis bis ſex comitatus Ieſus
Diſcipulis, obiter quos ſic affatus eundo eſt.
Iam nos ecce ſacram Solymorꝝ inuiſimus vrbē.
Proxima iamq; dies & lamentabile tempus
Quo peragi tandē ſimul omnia dira neceſſe eſt,
Admonitu quæcūq; dei reſponſa prophetæ
Veridici quondā populo irreprehenſa dederūt,
De genito æterni patris, intactæq; puellæ.
Ipſum etenim tradet manibus gēs impia vinctū
Crudeli populo, quem poſt ludibria mille
Atq; alapas, atq; increpitus, membra oīa nudū
Verberibus cædent: & terga cruenta flagellis
Perſtringent, ructuq; acido, ſpurcaq; ſaliua,
Fœdabunt faciē. quē deinde manuſq; pedeſq;
Tranſadigent ferro, deformatumq; necabunt.
Ipſe autem mortis fugiens rex uictor habenas.
Tertia cum rutilo ſurget lux aurea phœbo,
Euadet tumulo, ſuperaſq; redibit ad auras.
Hæc illi rerum ignari non dicta tenebant:
Noſcere nec veterum potuere oracula vatum.
Omnia namq; ipſos non intellecta latebant.

Idem apud Iuuencum libro
euangelicæ hiſto. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Sedulius li.3.

Bethanieq́ꝫ ſolum repetens intrarat, ibiqꝫ
Lazarus occidua tumulatus forte iacebat
Iam quarto ſine luce die: clauſuſqꝫ ſepulchri
Marmore, corruptum tabo exhalabat odorē.
Flebant germanę, flebat populatio preſens
Flebat et omnipotens. ſed corpore, non deitate,
Exanimeſqꝫ artus illa pro parte dolebat.
Qua moriturꝰ erat, lachrymis implebat amicū,
Maieſtate deū, quid credere Martha moraris?
Quid ue Maria gemis? Criſtū dubitatis an vnū
Poſſit ab infernis hominē reuocare cauernis
Qui dabit innumeras pꝰ funera ſurgere turmas
Ergo vbi clamantis domini ſonuit tuba dicens
Lazare perge foras, magno concuſſa pauore
Tartara diſſiliunt, herebi patuere receſſus.
Extremuit letale chaos: mortiſqꝫ profundæ
Lex perit, atqꝫ anima proprias reuerſa medullas
Cernitur ante oculos viuens aſtare cadauer
Poſtqꝫ ſepulchralem tanq̄ꝫ recreatus honorem
Ipſe ſibi moriens, et poſthumus extat & hæres.

Iuuencus libro 4.
Iacob. Mon. S. in
faſciculo mirrhę Pru, in Dittochæo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Sedulius libro.3.

Vtq̧ caduca vagi cõtemnens culmina ſæcli
Monſtraret ſe rite deum,non curribus altis
Qui pompæ eſt mortalis honor,rapidiſq̧ q̃dri.
Puluereũ ſulcauit iter,nec terga fremẽtis (gis
Ardua preſſit equi,phaleris qui pictus et oſtro
Ore cruentatũ mandenti concutit aurum.
Sed lento potius geſtamine vilis aſelli
Rectori ſuffecit honos,leuis vngula cuius
Vt tanto ſeſſore decus mirabile portans,
Nobilior ſub faſce foret,non illius impar,
Qui paulo Chriſtũ licet in præſepe iacentem
Agnouit tamen eſſe deum: plebs oĩs adorans
Inſolito molles ſubiecit tramite veſtes.
Dicite gentiles populi,cui gloria regi
Talis in orbe fuit: cui palmis compta vel vnquã
Frondibus arboreis laudem cœleſtib⁹ hymnis
Obuia turba dedit dño: niſi cum prẽ Chriſto
Qui regit æthereũ princeps cũ principe regnũ:

Iuuencus libro.3. Zacha,9.

Huic veteris quondam fluxit vox nũcia vatis,
Ecce venit placidus tibi rex quẽ terga ſedẽtem
Præmitis geſtant aſinæ,pulliq̧ ſequentis
Conclamant omnes Dauidis origine creto
Hoſanna,excelſis ſit gloria læta tropæis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacob. Monta. Spiren. li. de paſſione.

Verbere tum reſono ſacra exturbatur ab æde
Inſtitor: & reliqua territa turba fugit
Plurima diſiectis funduntur et æra crumenis:
Vertitur et niſu menſa prophana breui.
Luminis expertes oculi, curuataq; crura
Diuina citius tum reparantur ope.
Surgit ad illuſtres laudes viuacior ætas:
Et gracili laudat concio voce deum.
Hoſanna egregia Dauidis ſtirpe create
Aeterno tibi laus, gloria, honorq; deo.
His rebus velut igne nouo liuentia corda
Pontificũ/ad dirum ſunt animata ſcelus.
Ille ſed abſoluit ſocialis murmura cœtus
Cuius compſit iners ſumma tiara caput.
Is(quãq; mirum eſt)diuino flamine tactus/
Iudicium fudit/conſiliũq; dedit.
Vos nihil afflictis expenditis vtile rebus
Vel qđ ſplendidius/commodiuſue ſiet.
Expedit vnũ hominẽ properãti addicere morti,
Iudaicæ ſortis ne genus omne cadat.
Accipit hinc forteis rata conſpiratio neruos:
Atq; feris animis mors reuoluta ſedet.

Proba Falconia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Exin dum rex ipſe hominũ, ſobolesq́ꝫ parentis
Aterna immenſi, luſtraret corpore terras
Occiduo, atq́ꝫ humili forte accubuiſſet in æde,
Adſtitit, atq́ꝫ pedes (oculos deiecta verendos,
Et contecta ſinus, frontemq́ꝫ adoperta decorã)
Nũc mœſtis ſpargẽs lachrymis, nũc crine ſoluto
Abſtergens, veniam tacito ſub corde rogauit.
Atq́ꝫ hæc ipſa ſibi magno perculſa dolore.
O Maria infœlix æternę debita morti,
Etiam tartareas præceps ruitura ſub vmbras.
O Maria infœlix, & quæ tibi conſcia ſoli
Debueras ſceleris pœnam expendiſſe prioris.
Omnes per mortes, ac ſonti ſanguine crimen
Eluere, & propriæ delere piacula noxæ.
Non facias vitulo, aut hyrco, non merce Sabæa.
At lachrymis, at ploratu, pro crimine, & altis
Lamentis, gemitu, planctu vaga corda refringe.
Audijt omnipotẽs, ipſamq́ꝫ a faucibus Orci
Eripiens, ſeptem leui a ceruice cathenas
Diſiecit, ſeptẽq́ꝫ truces a pectore diras
Expulit, & magni titulum conceſſit amoris.
Illius & rapidis aboleri crimina flammis.
O fœlix venia, fœlix magno impete amoris
Tu princeps alijs, ꝙ mens humana futuram
Haud deſperet opẽ manifeſto tramite mõſtras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Sed ne protraheret cædem mora longa cupitā,
Strauit inauditum proditor aptus iter.
Lectus hic ad magnam bis ſeni culminis arcē,
Oeconomi cupidi grande ferebat onus.
Diuitis ante diem cœnæ, non iuſſus adiuit
Vrbis primitios emptor auarus heros.
Quid mihi ait dabitis ſi exoſum iure magiſtrū
Vobis prodidero? premia quanta feram?
Quid precij ſperare datur: ſi tradere veſtro
Quæſitum poſſim ſubdere & arbitrio?
Eſt audax animꝰ, ſpes ſuppetit ampla: nec vſquā
Deficit ingenium techna doloſa meum.
Tradet enim manibꝰ deprompta pecunia vr̄is:
Efficietqꝫ iugum triſte ſubire necis.
Mira truces animi capiunt his gaudia dictis.
Ac rabido ſpondent æra petita viro.
Accipiunt de more fidem: dat et ille viciſſim.
Congrua tum cœptis queritur hora malis.
Tam furi doluit liquidi pia fuſio nardi
Quę domini plantas vnxerat atqꝫ caput.
Diues id officium placidi intra tecta Symonis
Peccatrix paucos geſſerat ante dies.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacob. Monta. eodē li.

Forſitan et placidis cecidit querimonia verbis:
Ac bene lugubribus ſunt ea dicta modis
Ah quanto gemitu mea ſinceriſſime fili
Pectora diſcrutiat, concutit oſſa tremor,
Nil mihi narrari potuiſſet acerbius vnquā
Q⁊ nos ꝙ mœſta ſeparet iſta dies.
Stat (ſcio) certa tibi mortem ſententia ferre:
Atq; immota acidam mente ſubire crucem.
Vt genus humanū precio redimatur herili:
Et lauet emeritus crimina cuncta cruor.
Id quod habēt veterū præclara volumina vatū:
Quodq; Sybillino carmine muſa canit.
Haud tamen obniti naturæ legibus eſt vis,
Quin mea fœcundis fletibus ora rigem.
Sic amor ille tui ſtimulis me concitat altis,
Sic tibi quam merito debeo cura iubet.
Qui ſine te potero vel punctum viuere poſthác?
O mihi quadrifido charior orbe ſalus.
Quæ ſine te excipient viduā ſolatia matrem?
Quis cibus aut potus te ſine dulcis erit?
Nulla quies oculis dabitur, ceſſatio nulla
Fletibus: increſcet nocte dieq; dolor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Rit⁹ edẽdi paſchalis agni per. Alar. Amſtel.
Annu⁹ exactis vbi tranſit menſibus orbis. Ex. 12.
Primũ ſume diẽ menſis cognomine Niſan,
Dum caua dimidiæ ſinuantur cornua lunæ
Subq́ȝ diem decimum præſto ſit victima ſemꝑ,
Inde die quarto caligine noctis aborta.
Quãdo agitat leuibus ꝑ prima crepuſcula pẽnis
E paſtu volucres ad nota cubilia veſper.
Diuexo propior cũ iam fit veſper olympo
Cumq́ȝ dies exactus erit, tempuſq́ȝ ſubibit
Quod tu nec tenebras, nec poſſis dicere lucem.
Sed cum luce tamen, dubiæ contermina noctis
Ecce nouo vet⁹ hoc celebrabitis ordine paſcha
Septima itẽ peragenda dies non diſpare ritu
Semper ert, ſemperq́ȝ pari renouanda paratu.
Immũdo graue olens coitu, peregreq́ȝ reuerſus
Differet in menſem purgata mente ſequundum
Seruabunt patrios peregrin⁹, & aduena cultus
Qui ſolenne ſtatis peragit non paſcha diebus
Hunc inopina premet mors, hũc et acerba ſequẽ
Nil operis niſi quod ſpectat peragat̃ ad eſcã. (tur
Nec latum digitũ quoq̃ diſcedere tentent.
Subq́ȝ diem decimũ præſto ſit victima ſemper
Maſculus, anniculus, cõſtantibus vndiq́ȝ mẽbris
Agnus ſit placidus, niuei ſit velleris agnus,
Nec ſit coctus aqua, nec crudus, at ignibus aſſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Quod ſi forte nequit, dum quęritur agnꝰ haberi
De grege tunc ſumant hœdum quēcūqꝫ licebit.
Sanguine cuius vtrūqꝫ linent poſtēqꝫ, domūqꝫ,
In quibus hoc comedent epulū ꝑmiſcua turba,
Faſcibus hiſſopi tinctis in ſanguine, paſſim
Poſtibus aſperſo laquearia ſanguine manent.
Illitus eniteat ſupero de limine ſanguis.
Hic erit inditio, multoſqꝫ relinquet inultos.
Aedibus in quorū madefactū ſanguine poſtē
Cernet vtrunqꝫ nihil, nihil aedet ſtragis acerbae.
Qn̄ repente minax aderit ſtridentibus armis,
Alta nocte poli medium quo tempore ducit.
Sub noſtra tellure diem, ſpem pręter et omnem.
Angelus exerto vulgo qui ſæuiet enſe.
Et genus omne ſemel pecudum, genꝰ oē ferarꝝ,
Omne genus primogenitū, genus oē cupitum.
Prodigioſa ſcatet quo nūc Aegyptus ad vnum,
A primogenito Pharaonis in arce ſedentis
Afflictamqꝫ graui gentē terrore prementis
Ad primogenitū captiuae. et matris egenae
Vna nocte, ſed ignota, nimiūqꝫ tremenda,
Vindice tranſadiget gladio, impureqꝫ necabit
Omnis et Aegyptus quæ ſit diuina poteſtas
Sentiet, et ſero ſapiet rex ipſe ſuperbus,
Ac pœnas tandem ille dabit, dabit ĩpius acres.
Tranſitus eſt paſcha, dictum cognomine Phaſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Paſchaliſq; nouo ritu celebrabitur æſus.
Azyma ſemper erũt ſeptem comedẽda diebus.
Fermentum guſtans peracerba morte peribit.
Calceamenta pedes habeant, rigideq; ligantor.
Lumborumq; tenus præcincta ſit vndiq; veſtis.
Oblongos ſtrictis baculos manibuſq; p̃hendãt.
Agreſti cũ lactuca.et ſylueſtribus herbis,
Non fermẽtato cum pane ſubinde recocto,
Multam ſub noctem coeuntibus vndiq; turbis.
Feſtinanter edant.ne Aegyptius opprimat hoſtis
Tranſitus eſt domini,dictum cognomine Phaſe
Et caput,oſſa, pedes,femur,inteſtina vorantor.
In matutinas nihil aſſeruabitur horas.
Si minor eſt numerus, q̃ poſſit veſcier agno,
Accerſendus erit vicinus vt exedat exta.
Si quid adhuc reliqui eſt.rapidum mittetur in ignem.
Religio eſt,ſine delectu huic accumbere cœnæ,
Non alienigenæ,non mercenarius,erro
Empticius,puer,incircũciſiq; pudenda.
Huic adſint epulo . ſtupidi quod nocte ſuprema.
Cũ procul Aegyptũ fugerẽt Pharaone iubẽte,
Hebræi votis peragunt concordibus omnes,
Non fermentatas verrũt,referũtq; farinas,
Veſtibus implicitas humeris vectare coacti.
Seſe præcipites in aperta pericula mittunt,
Dum ſibi promiſſam ſatagunt inuiſere terram.
Lacte redundantem,multoq; et melle fluentem
Auſpicio Moſis,ductuq; fidelis Aharon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Ex faſciculo myrrhę Iaco. Spireñ.

Surgit et exuta ſumit cinctoria veſte,
Diſcipulis dominus, abluit inde pedes,
Nil ſane inflecti ſeruili more veretur,
Curuat in obſequiũ regia colla pium.
O decus, o ſpecimen liquidæ virtutis adauctum,
Quo te humana ſatis carmine lingua canet?
Sedula mens tacito rem tantã expende ſtupore,
Nuncq; hoc alta mei pectoris arca vacet.
Non ſuffert animis heros id clauiger æquis,
Quin torua inſolitum fronte recuſat opus.
Tu mihi ait viles dignanti munere plantas
Abluis: & genibus ſubijcis ora meis?
Sceptriger excedis decimum regnator olympũ:
Et mihi pronus humi ſordida crura lauas?
Non patiar fieri, quod aperta decentia culpat:
Qđ'q; omnis iuncta lex ratione vetat.
Sed valido tactus perdendi munere regni,
Lene ſinit placidas munus obire manus.
Non mouet hæc ingens rigidũ dignatio Iudam:
Et nihil emollit hunc humile obſequium
Tantus ineſt lanio vendendi ſanguinis ardor:
Ac tenet indomitus ſaxea corda rigor,

Vide Sedulium quarto
mirabili. diui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuen. preſby. libro. 4. euange. hiſto:

Veſpere tum primo bis ſex recubantibus vna
Diſcipulis, tali diuinat voce magiſter.
En urget tempus, Chriſtū cum tradere morti
E vobis vnus ſcelerato corde volutat.
Continuo cuncti quærūt, quis talibus auſis
Inſano tantum cœpiſſet corde venenum.
Ille dehinc epulis mecū nūc veſcitur inquit.
Sed ſoboles hominū quondā præſcripta ſubibit
Supplicia ad tempus, miſerabilis ille per æuum,
Qui iuſtum tradet, quanto fœlicior eſſet,
Si nunquam terris tetigiſſet limina vitæ.
At iudas grauiter tum conſcia pectora preſſus.
Nunquid ait Iudam talis ſuſpitio tangit?
Reſpondit dominus, te talia dicere cerno.
Hæc vbi dicta dedit, palmis ſibi frangere panē:
Diuiſūque dehinc tradit: ſanctūque precatus,
Diſcipulos docuit ſanctum ſe tradere corpus.
Hoc ait accipite vobis noſtri monumentum.
Hinc calicem ſumit dn̄s, vinoque repletum
Gratis ſanctificat verbis: potūque miniſtrat.
Edocuitque ſuum ſe diuiſiſſe cruorem.
Atque ait, hic ſanguis populi delicta remittet.
Nunc potate meum. ęternæ hæc fœdera pacis.

Sedulius libro, 4, mirabiliū diui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobꝰ Mon. Spireñ.li.de Chriſto paſſo.

Eſt locus ad mites vbi collis oliuifer auras
Surgit:& actæas vertice monſtrat opes.
Mos fuit huc dño noctu properare frequenter,
Funderet vt cœlo liberiore preces.
Ergo vbi frugiferæ tetigit bona iugera villæ/
Tranſgreſſo modici nominis amne prius:
Mandat ibi comites aliquot cõſiſtere, iunctis
Ipſe petit ſocijs ſepta propinqua tribus.
Præſcia tum vehemẽs ſubijt præcordia mœror:
Imaq; præualidus concutit oſſa tremor.
Cognita diuini ſubſiſtit vena ſaporis:
Nec ſtillant ſolitis cælica mella fauis.
Mæreo ſenſu animæ preconibus inquit amatis:
Ferreq; diſcipulos tum precis arma iubet.
Grataq; nunc gelidæ ſuſpendite munera noctis
Et vigiles oculos linquat amica quies.
Dixerat:& paucis ſeiunctus paſſibus inde,
Sic loquitur toto corpore ſtratus humi.
Sũme parens grandi trepidãt formidine ſenſus:
Affligitq; animã funebris hora meam
Tũ quoq; ſanguineus corpus venerabile ſudor
Inficit:atq; rigat frigida ſaxa cruor.

Iuuencus euangelicæ
hiſto.libro 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuencꝰ preſbyter hiſto.euāge.li.4.

Tunc ad diſcipulos repedat,ſed ſomnꝰ anhelus
Proſtratis terræ membris diſſoluerat omnes.
Tunc ait ad Petrū.non eſt tibi ponere virtus
Vnam peruigilē tantis ſub caſibus horam?
Sed vigilate precor,ne vos tentatio raptus
Horrida pręcipitet ſæuę per lubrica mortis.
Spiritus ipſe viget,ſed flaccet debile corpus.
Seceſſit rurſus ſecreti montis in arcem:
Orabatq; patrem.reꝝ mitiſſime rector/
Hunc q̄m calicem non eſt tranſire facultas,
Iam tua perueniat noſtra de ſorte volūtas.
Rurſus diſcipulos ſomni ſub pondere preſſos
Inuenit:& rurſus hiſdem genitore precato.
Alloquitur feſſos/nexos languore quietis:
Iam dormire licet,ſocioſq; reuiſere veſtros.
Nam venit (ecce) meum qui tradet ad oīa corpꝰ.
Quæ maculata meis imponet factio mēbris.
Hoc dicto,Iudas numero ſtipante cateruæ
Aduenit:& procerū iuſſu populiq; ferocis
Pars ſtrictis gladījs,pars fidens pondere clauę
Signa ſequebantur Iudæ promiſſa furētis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Mon. Spireñ.

Q đ mox ingrueret/non inſcius obuiat hoſti,
Corpus inerme quidẽ, mens cataphratta fuit.
Selecti proceres ducis ædita ſigna ſequuntur,
Creditur ad domni tunc Petrus iſſe latus.
Forſitan et capulũ ſicæ ſtringebat acutæ:
Ac frendente minax ore ſatelles erat.
Neſcit enim properans animoſi pectoris ardor
Abſcondi, crebris ſe exhibet indicijs.
Iam prope erat rabioſa phalanx: Iudęq; furentis
Opperiabatur ſtrenua facta ducis.
Tum placido ſermone de⁹/quẽ queritis inquit:
Et ſibi per noctem veſtra quid arma volunt:
Contra illi reboant, quem veſtigam⁹, & armis
Triſtibus inſequimur, nomẽ Ieſus habet.
Ille ego ſum reddit, fortes non viſa lacertos
Verba nouiq; modi munus habere citum.
Nam (mora nulla) truces luna ſub teſte cateruæ
Squallida vernanti terga dedere ſolo
Mox iterũ exquirit permiſſos ſurgere Apellas,
Quem quærãt, & quid bellica tela velint.
Illi vt erant dudum faſſi, ſc querere Ieſum
Exclamant regio quem galilea dedit.
Mitis herus contra verbis clementibus infit.
Is ſum ego, veſtra vago non ſugio arma pede.

Anto. Geral. ægl. 4.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

¶. Sedulius preſbyter mira diui. li. 4,

Tu ne cruente ferox, audax, inſane, rebellis,
Perfide, crudelis, fallax, venalis, inique,
Traditor immitis, fere proditor, impie latro,
Præuius horribiles comitaris ſignifer enſes:
Sacrilegamq; aciem gladijs, ſudibuſq; minacē
Cum moueas. ore ora premis: melliq; venenū
Inſeris: & blanda dominū ſub imagine prodis:
Quid ſocium ſimulas: & amicū fraude ſalutas:
Nunquā terribiles aut pax coniurat in enſes,
Aut truculenta pio lupus oſcula porrigit agno.
Traditus ergo viris operator ſanctus iniquis,
Conſuetam non liquit opem; pueroq; reuulſam
Enſe Petri /ne quapius a pietate vacaret,
Reddidit auriculam. nec enim vindicta tonāti
Conueniens humana fuit, qui millia patrem
Angelicas ſibi met legiones poſcere poſſet
Plus duodena dari, ſi mallet ſumere pœnas
De meritis, quā ſponte ſuas ignoſcere plagas.
Tunc parci mucrone iubet, quia venerat ipſe
Ponere pro cunctis animam, nō tollere cuiquā,

Iuuencus 4, euāge. hiſto.

Geraldinus 7. æglo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacob⁹ Monta. Spireñ li. de Chriſto paſſo.

Mox vbi pollicitam lœtali fœdere fraudem
  Venditor ad plenũ contulit acer opus.
Irruit in Chriſtũ magno fera turba tumultu:
  Et furijs laxat pendula frena ſuis.
Ceu quum per virides nocturno tẽpore cãpos/
  Paruula ſoliuagis linquitur agna lupis.
Trux furor imperiũ pulſa pietate cruentum
  Obtinet: atq; ſua pax ſtatione caret:
Nil ibi quid virt⁹/quid honeſtas publica poſcat
  Curat acerborꝝ vis rabioſa virum.
Tum ſolymis ducib⁹, ſcribiſq; minacib⁹ inquit.
  Quorꝝ agitabat edax impia corda furor.
Non ſecus et gladijs ad me veniſtis & armis,
  Q; ſi homicida forem et degener vſq; latro.
Nonne verenda boni crebro ſub tecta tonãtis
  Adueni: & docui. quæ ſit ad aſtra via:
Nec tamẽ aut manibus data ſunt tũ lora ꝑhenſis
  Aut tenuit noſtros dira cathena pedes.
Scilicet hæc veſtræ maleſuada tyrãnidis hora ẽ:
  Et tenebris ſtigij principis atra dies.
Interea comites tacti formidine mortis,
  Mollia pernici terga dedere fugæ.

Iuuencus hiſtoriæ euangelicæ
li. 4. Antoni⁹ Geral. 7. Aeglo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Spireñ.

Ingreditur tandem Solymę ſacer vrbis Ieſus
Męnia, et hinc Annæ flebile doma ſubit.
Preſul hic exacti fuerat male fulgidus anni
Et bifido immeritũ cinxerat orbe caput.
Deſpicit hic viſum, vultu ridetq; ſuperbo.
Certaq; dat torui ſigna ſupercilij.
Mitis ab irato Chriſtus nebulone rogatur,
Quos habeat comites, quale ve dogma ferât,
Ille vt erat placido ſub iniquo iudice vultu,
Mox ita melliflui pectoris edit opes.
Nil ego in occultis populo ſum teſte locutus.
Omnia quæ docui, pagina ſacra tenet.
Quẽlibet aut ciuẽ, aut turbam ſcitare frequẽtẽ.
Neſciet hoc nullus, ſit niſi mentis inops.
Tunc erit integrum fœcundis nõ modo dictis
Sed liquidis etiam rebus habere fidem.
Hoc vbi Chriſtus ait, palmato incuſſit atrocem
Trux alapam ſacris verbere latro genis,
Et mox id ne decet contemptis faſcibus inquit
Eloquium auguſto reddere pontifici?
Tum dedit huic vultu reſpõſum molle benigno
Chriſtus: & his prompſit fortia verba modis.
Si male quid dixi, profer de crimine teſtem.
Si bene, noſtra truci more quid ora feris?

Antonius Geral. 7. æglo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuencus libro.4.

Tum Petrus longe ſeruans veſtigia ſolus.
Occulte mœſtus,ſedit cum plebe miniſtra.
Extremū opperiens tanto ſub turbine finem.
Tunc ſanctā Chriſti faciē ſputa improba cōplēt
Et palmæ in malis,colaphiq; in vertice crebri
Inſultant:verbiſq; omnes illudere certant.
At Petrum mulier triſtē q̄ viderat intus.
Tu ne impoſtori fueras comes additus inquit
Iſti,quem ludēs proceꝝ ſententia damnat:
Ille negat:tectiſq; foras ſe promere tentat.
Ecce ſed egreſſum primo ſublimine cernens
Altera conſimili prodebat voce miniſtris,
Rurſus ait iurans illum ſe nōſſe negabat.
Tunc percontatū multi acceſſere frequentes,
Eque ſono vocis hūc ſe cognoſcere dicunt.
Cuncta Galilęam ſtreperēt q̄ verba loquelam.
Periuris Petrus deteſtans omnia verbis/
Neſcire affirmat/quiſquis foret ille negando.
Hanc vocē plauſum quatiens ſub culmine tecti
Ales proſequitur cantu:mentemq; Simonis
Circunſtant triſtem verbis præſagia Chriſti.
Egreſſuſq; de hinc ploratus fudit amaros.
Culpa fuit,cedunt lachrimis delicta profuſis.

Iacob.Mon.libro.3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Ex pæane 2. per Io. Mur Ru.

Hinc ad Caypham tractus eſt crudeliter,
  Ad quem Pontificē tum coiere ſenes.
Hic ſanguinaria nocte tota perfurunt
  Turba: nec eſt plagis/ludibriĳſqꝫ modus.
Vt ſpiculis petitur Scopus q̄ꝫ plurimis,
  Sic patet innumeris forma ſerena malis.
Petrus pauore trepidus/abnegat deum,
  Præqꝫ metu mortis/diſſimulatur amor.
Sed Chriſtus vt clementer aſpexit virum,
  Seceſſit foras, indoluitqꝫ nimis.
Mendacibus conantur atrox teſtibus
  Inſontem diræ tradere turba neci.
Adiurat impius tacentem Pontifex.
  Dic inquit, veri filius es ne dei.
Reſpondet, ipſe ſum, dei videbitis
  A dextris olim me reſidere patris.
Quid nunc egemus teſtibus, clamat furens
  Antiſtes: veſtem dilaceratqꝫ ſuam.
Vt qui deum mendaciter ſe dixerit,
  Impia condemnat concio morte deum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Spirn̄.

Quis modo dinumeret ſtolidæ ludibria gentis:
In placidum enormi præſtita more deum.
Feruet ibi Solymæ ſcelerata licentia pubis:
Ingeminatq; truces vilis Apella minas.
Ille agit in faciem pugnū, hic reuerēda ꝓphanis
Colla ferit palmis, percutit iſte caput.
Vertice concuſſo graciles trahit ille capillos,
Sacrilego dulces hic ſecat vngue genas.
Tum gemino Chriſtum velatū lumine crebris
Pellunt, infeſtant, verberibuſq; premūt
Verbere (vt incudē) tergum quatit ille frequēti.
Hic geminas digitis vellicat auriculas.
Hic vaga blaſphemæ contorquet ſpicula linguę
Alter in ora dei ſputa pudenda iacit.
Ille fero teneram carpit conamine barbam,
Audet hic enodi tundere fuſte latus
Iſte piū cubito dominū huc impellit, et illuc,
Mox qui ſuſcepit, dulce repellit onus.
Quis poterit vacuas conuicia iacta per auras:
Et quæ compoſuit dicere verba furor?
Abſonus ac dirus liquidū ferit æthera clamor,
Tanq; alacres nautæ iuge celeuma ſonent.
Sic hominū generi morti addicto ſub acerbo ē
Pœnarꝫ grauiū pondere parta ſalus.
Seduli⁹ li. 4. mira. diui. Iuuē. li. 4. euā. hiſto.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Inuēcus preſbyter euā.hyſto.li.4.
Sidera iam luci concedunt:& rapidus ſol
Progreditur radiȷ̄s terras trepidantibus implēs
Iamq; e concilio Chriſtum poſt terga reuinctū
Præſidis ad gremium magno clamore trahebāt
Intererea celſum dominus ſtans ante tribunal,
Talia Pilati verbis excepit Ieſus.
Tu rex Iudeæ gentis(quod dicitur)aſtas?
Rex ſum Chriſtus ait,alio tamē orbe,choruſcā
Hic nunq; regale volam ſceptrum decorabit.
Me ſuper aſtra manet æterna,ac vera poteſtas.
Exin terribilis iuſti accuſatio ſurgens
Infremit:& ſanctum mendax facundia præſſat.
Reſpondere nihil trucibus dignatur Ieſus.
Pilatus querit,quæ tum ſit cauſa tacendi.
Non potuit iudex famam non noſcere Chriſti
Nam fuit hæc crebro ſignis patefacta profuſis.
Hinc pius inſontem voluit abſoluere Ieſum
Præſes;et vrgentem eſt niſus ſedare tumultum.
Mox velut extremam plebs inſaniſſima lucem
Cerneret,elata dira gens voce tonabat.
Noſtratē hic populum Galilęa eueſor ab ora
Dogma rebelle ſerens/ſubuertit pœnit⁹ omnē.
Pontius audito Galilæę nomine gentis,
Mittit ad Herodis regalia tecta ligatum.
Ia.Mon.S.li.3.faſciculi mirrhę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Montanus

Tandem ad inhumani veniens tecta ardua regis
Cernua Chriſtus ouis turpe tribunal adit.
Rex hilari vultu vanas ſub pectore curas
Voluens/ mirificum gaudet adeſſe viri.
Tum niſu ancipiti longe rogat ordine, pandat
Facta vel in modico prodigioſa loco.
Inſtat: & inuitis eadem auribus ingerit vſq;,
Dum bile accenſa/gaudia miſſa facit.
Hæc inter dn̄s tacito mitiſſimus ore
Perſtat/et ingenuo labra vigore premit.
Seua ſacerdotum prolapſus turba nephandos
Fingit: & accumulat crimina criminibus.
Vltricem ſcelerū carpūt rabido ore ſceleſti
Iuſtitiam: & linguis dant ſua frena malis.
Permouet interea furor ebrius ægra tyranni
Pectora: & ingenti percoquit vſq; face.
Nanq; putat ſeſe contemni, cui negeret æquam
Reddere ſaluator per pia verba vicem.
Mox iubet ergo tegi candenti veſte tacentem:
Et riſu inceſſi, ludibrijſq; premi.
Impia feralis complet mandata ſatelles:
Albentiq; bonū tegmine veſtit herum.
Sic (vt erat iuſſum) romani ad iudici ædes
Summus rerum opifex dedecus omne refert.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus. Monta. Spireñ.

Virginis interea matris peruenit ad aures
Horrendæ nimiũ ſtridula fama rei.
Cõtinuo in lachrimas ſoluũtur lumina amaras
Inq; cor acre ſatis res ea vulnus agit.
Stringi tũc primum cœpit Symeoni⁹ enſis:
Et vacuari armis triſtis imago ſuis.
Tum primum incuſſit dolor intolerabilis ictũ:
Et pupugit ſtimulo pectora mœſta graui.
Prodiga materni reſonant ſuſpiria cordis:
Inq; verenda pius defluit ora liquor.
Heu mea progenies/fili heu dulciſſime fili,
Quantus diſtringit viſcera noſtra dolor.
O mea virginei pars o dulciſſima ventris
O tibi nate (faue) fac tibi cõmoriar.
Quod ſcelus eſſe tuum fertur, qui lumine ſemp
Pectora ſolari candidiore ſoles?
Textilibus quid enim dignũ mi nate patraſti
Nexibus, aut probris, verberibuſq; datis?
Conueniunt pauidæ ſubito rumore ſorores,
Cœlicus et cuius crimina lauit amor.
Perplacet hinc tenebris dubia vix luce direptis
Adſolyma impigros tecta mouere pedes.
Id pietas ſentire iubet/ naturaq; tota,
Quis hoc nuſq; pagina ſacra ferat..



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobꝰ.M.S.libro 4.

Præſes ad indocilem prompta ratione coronã
Fatur:& hæc animo diuite verba facit.
Haud ſcelus hic illũ placidam quo perdere vitã
Debeat,effecit,quod rata cauſa probat.
Ante omnẽ proprio diſcuſſi examine cauſam
Et retuli ad trutinam crimina cuncta meram.
Nec tamen offendi,valeam cur plectere iuſtum
Atq; acida immeritum morte ferire caput,
Sentit idem Herodes,pedibuſq;(vt claret)ĳſdẽ
In mea non dubitat pergere dicta citus.
Nã nihil exhibitũ eſt,quod fuſte ſit aut nece dig
Veſtis ni meritam prædicet alba necem. (nũ
Qđ quia nec ratio firmat,nec iura tuentur
Vt par eſt animos ponite quæſo truces.
Correpto et veniam & vitam dabo,celſa tenãcis
Munia iuſticię ne violata ruant.
Intonat his hauſtis fera gens,tolle ocius illũ:
Atq; eius patulæ figito membra cruci.
Vos illum accipite:& pro legis acumine veſtræ
(Præſes ait)patriam cogite ferre crucem
Non licet(illi aiunt)nobis occidere quenq;
Abſtulit hæc ſolymis munera Roma viris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Spireñ.

Tum iubet inducto turbatus preſes Ieſu
Cum ſerto horribili dira flagella dari
Scilicet hinc procerum ſedari poſſe putauit
Crudeles animos, terrificaſq; minas.
O ſcelus horrificum, nudus ſacer ille videtur
Qui vario ethereas, lumine compſit opes.
Execrandum ad opus liuores, vulnera, et ictus
Cum ſeuo approperat præſide tota cohors.
Lenta flagellorum comportant vimina lixæ
Et longo ſcuticas ordine diſtribuunt,
Horrida penarũ facies, niſuſq; latronum
Regia peruigili corda pauore ferit,
Lactea peruigili caro dilaceratur honoris.
Sanctaq; multiplici ſanguine membra fluũt.
Nil manet integrum formoſi a vertice colli,
Dum cadit innumerũ vulnus ad ima pedum.
Tum lanijs videas vegetos ſuccedere laſſis
Lictorũ nec habet vis animoſa modum.
Noxia ſe reputant nebulonis dorſa ferire:
Vlciſciq; hominis acta nephanda rei.
Collige nunc preciũ mens tantis mercibus empta
Quo creſcat meriti copia mira tui.

Sedulius libro. 4. mirabi. diuinorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Mon. Spireñ.

Tandem vbi tortorꝝ crudelis languit ardor,
Deſerit afflictum rubra columna deum.
Tum verni ſtupidos vi multa frigoris artus
Luthea circundat non ſine ſorde chlâmis.
Scilicet infami dolor atq; illuſio veſte
Queritur, vt pudeat regium habere decus·
Confricat infeſto manantia vulnera tactu
Purpura: & afflictæ iungitur illa cuti.
Mox ceu regi humili datur abiectiſſima ſedes:
Et cingunt tenerū ſpinea ſerta caput.
Plexerat hæc longis miles de ſentibus audax,
Ludere dum ſeſe regna remota putat.
Quin velut inuaſæ ne ſceptra tyrānidi abeſſent,
Rapta ſalutiferam replet harundo manum.
Salue (aiunt) moderans recutiti regna popelli
Qꝫ dignis manibus ſceptra verenda geris.
Adſumus en agiles ad quæuis iuſſa miniſtri
Præcipito: & noſtris vtere ſeruitijs.
Tunditur abrepta ſpinoſus arundine vertex
Dum caput eximiū multa terebret acus
Maxmia conſequitur repetito verbere pena.
Et pauor obluctans multifiduſq; dolor

Iuuencus hiſtoriæ euan. li. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacob. Mon. Spireñ.

Sic iubet illuſum produci præſes: & eſſe
Conſpicuum populo, pontificũq; gregi.
Ipſe truces animos fidens ſe flectere poſſe
Præuius ante alios nunciat iſta palam,
Ecce ſub obtutus completo examine veſtros
Ducimus inſontem, legitimũq; virum.
Voſmet vt expenſam iuſto libramine cauſam
Cernere poſſitis, ferreq; iudicium.
Nil ego comperio rem ipſam ſcrutatus ad imũ.
Sic nece abeſt omnis culpa pianda procul.
Aſt vbi ſtigmatibus, ſpinis, et ſanguine diues
Prodierat Chriſtus, Ecce homo præſes ait
Mox fera pontificum ꝓclamat turba maloꝵ.
Tolle hunc: & propter crimina fige cruci.
Plane habet hic mortẽ (reboat gens cæca) ſubire
Nam prolem eximiĩ ſe aſſerit eſſe dei.
Motus ad hæc iudex chriſtũ ſub tecta reductum
Aſſerti generis quę ſit origo rogat.
Hinc ſtudet inſontem miſeræ ſubducere morti
Præſes, ouis fieret ne cita præda lupis.
Huic niſi vitã adimes, (clamat vox dira nocẽtũ)
Auſoniæ gentis non es amicus hero.
Quod ſimul accepit tremebunda Ponti⁹ aure,
Conſtituit ſceleris ſubdere colla iugo.

Iuuencus libro. 4. euan. hiſtorie.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

## Sedulius preſbiter li.4.

Heu falx torua patrũ,ſegetem cæſura nepotum.
Heu facinus Pilate tuum,quot geſſeris vno
Crimina iudicio,vigili ſi mente notares,
Nec ſolas lauiſſe manus,ſed corpore toto
Debueras ſacrum veniæ ſpectare lauacrum.
Corripis inſontem,ſiſtis ſub præſide regem.
Præponis humana deo,qua morte teneris,
Qui dñm numeroſa cruci poſt vulnera figis:
Cũq; datus ſæuis ad pœnam Chriſtus abiret
Militibus,vilem rubri ſub tegmine cocci
Exuitur chlamidem,ſpecies vt cuncta cruentæ
Mortis imago foret,ſpinis circundedit amplum
Nexa corona caput,qm̃ ſpineta benignus
Omnia noſtrorũ ſuſceperat ille malorum.
Stringũt vincla manus,quo nexus ſolueret oẽs
Peccati,redimens quos lex tenet impia mortis:
Erueretq; patres medijs e faucibus Orci
Quos rapuit ſcelerata nimis et auara poteſtas.
Hinc poſita chlamide propriũ ſuſcepit amictũ
Scilicet humanæ poſiturus tegmina carnis
Et ſumpturus item,nil iam vt mutabile ferret.
Poſt mortem propria cum maieſtate reſurgens
Humano ponens mortalem tegmine carnem.

## Iuuẽcus 4.euan.hiſto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Montanus.

Heus infauſta dies, infernis triſtior vmbris.
Gaudia longa rapis perbreuis hora mihi.
Quis furor innocuũ morti damnare nephãdę?
Torua rapis ſobolem plebs recutita mihi.
Hei mihi mœſta dies/nigro ſignanda lapillo.
Lux inuiſa mihi nuncia triſticiæ.
Nempe mihi ſenior præſaga mente canebat
Venturam Symeon, en venit atra dies.
Gnate mihi afflictis cõmune in rebus Aſylum
Pro te gnate velim vincula dira pati.
Qui tua tũ æquo animo potero tormẽta videre:
Suffigiq; altæ regia membra cruci.
Quæ te virginea concepi cœlitus aluo:
Perq; nouem menſes pondus herile tuli.
Quæ te concepi, peperi ſine labe pudoris:
Admouiq; tuis vbera noſtra labris.
Te ſine quis mœſtis referet ſolamina curis?
Te ſine quis nunq; dulcor amaror erit?
Et licet arcta breui penetrabis clauſtra ſepulchri
Tecq; ſub aſpectum tercia lux referet.
Tædia longa tamẽ mortis breue tempꝰ habebit
Annus enim fiet quælibet hora mihi.

F. Cornelius Aurelius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Montanus.

Ducitur inde foras proprio contectus amictu.
Præcipiturq; nouæ pondera ferre crucis.
Suſcipit ille volens, humeriſq; inamabile lignũ
Dum aptat, amica pij militis arma facit.
Deprimit vſq; humeros violẽta moleſtia ligni:
Frigoreq; attonitos vix ſinit ire pedes.
Tandem vt habet firmo vulgaris opinio ſenſu,
Noſtra nouercali ſub cruce vita ruit.
Carpit humi ſtratum dirus (mora nulla) ſatelles:
Ac rurſum attollit tegmine, crine, cute.
O quis amicoꝝ peruaſit pectora mœror,
O quæ materni verba doloris erant.
At quia turma frequens cunctatu nobile multo
Impediebat iter, mox vigil āſtus adeſt.
Scilicet arreptum vis improba forte Symona
Cogit adeſa rudi ſubdere colla cruci.
Tum deus inſtar equi plāgis vrgetur adactis
Carpere vile ſolum, difficilemq; viam.
Plus oneris retro q̃ forte leuaminis affert,
Dum iugat inuitus ſub cruce colla Symon.
O q̃ dedecorat dominũ par turpe latronum,
Quos ſcelere innumero vita notabat atrox.
Hi tragicũ pariter callẽ ſunt pergere iuſſi,
Vt peſſum Chriſti nobilis iret honos.

Proba Fal. Iuuen. 4. euan. hiſtoriæ



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Mon. Spireñ.

Quin et panniculo Chriſtũ impreſſiſſe figurã
Tergendæ perhibent mirificæ artis opus
Munus id oblato mulier ſudario adepta eſt,
Illita quo ſputis tergeret ora deus.
Fertur et ægra parens nato occurriſſe recliui,
Et miſeris mœſtam diriguiſſe modis.
Tum crebros ducens ſingultus pectore ab imo,
Diffuſo niueas irrigat imbre genas.
His reſona accedunt vigilum lamenta ſororꝝ,
Hoc maiora quidem, quo magis ardet amor.
Ingeminantq́ꝫ pię comites tum voce lugubri
Fletus rauci ſonos, planctibus innumeris.
Quę miſeras ſeſe multo plangore queruntur:
Nec domino quoq́ꝫ poſſe carere modo.
Magdalidem has inter ſuſpiria multa querelas
Traxiſſe ex imo pectore crediderim.
Non etenim exciderat menti, q́ꝫ flebile quondã
Ante pedes domini depoſuiſſet onus.
Hæc memori voluẽs animo flãmã auxit amoris
Ardentiq́ꝫ dedit plurima ligna foco.
Si cõmune fuit cunctis opus vnicum amicis
Prælargo malas imbre rigare ſuas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Montanus. Spi.

Venerât in montẽ (properante ſatellite) Chriſt⁹,
  Qui caluæ meruit nomen habere locus.
Tum rabidi hic lanij/mandatæ publica cædis
  Munia crudi obeunt, carnificũq; vices.
Nulla erat his animi reſes indulgentia comis,
  Multa erit impietas, mentis alũna feræ.
Ergo his corripitur ducibus ſublimis Ieſus:
  Veſteq; detracta membra retecta gerit.
O ſcelus o crimen, nudari ſiccine phas eſt,
  Qui facit, vt vigeant æquora, terra, polus?
Gramine qui terras, mare piſcib⁹, æthera ſtellis
  Ornat, ei ſpolio veſtis adempta graui eſt.
Atq̃m ad laceros male veſtis adheſerat artus;
  Et lanę opplebant vi ſtimulante cutem:
Strenua cum grandi cecidit ſpoliatio pœna,
  Dum ſine mente auidos trux agit ira viros.
Sic iterum emanat largi ſacra vena cruoris:
  Atq; ſacrum corpus ſanguineo imbre fluit.
Tum niueo mater loca mox velamine cingit,
  Quæ natura ſuo iure tegenda iubet.
O quis materna tranſfodit viſcera mucro?
  Pectora quo planctu triſtia rupta putas?
Fellea dehinc vina ſitibundus guſtat Ieſus:
  Regiaq; horrifero labra ſapore grauat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Monta. Spi.

Sæuior hinc rabies nudi ſacra membra tonātis
Corripit: atqꝫ ſuper deĳcit illa crucem.
Vt tener agnellus Chriſtus nil murmuris ædēs,
Porrigit innocuas ad nigra fata manus.
Dextra prior viduū claudit protracta foramen,
Quā terit immodico tormine clauus hebes.
Quaſſantur valide venę, oſſa, cutis, caro, nerui:
Multipliciqꝫ modo palma forata dolet,
Ambo ſubinde rudi tenduntur brachia fune.
Dum tegat exciſum læua ſupina locum.
Hanc teres actutum diro cruciamine clauus
Subĳcit, allidit, proterit atqꝫ forat.
Sicqꝫ tenax miſere fortes iunctura lacertos
Deſerit, & cubitos, heu cruciatus atrox.
Mox reuerenda pari ducuntur crura furore,
Dum tangat gelidos ſubdita forma pedes.
Augeſcunt nimio manuū fera vulnera tractu:
Et cumulum feruens aggerit vſqꝫ dolor.
Maxima pænarū fuit hæc protractio Chriſti,
Et quia nulla vſqꝫ paret acerba magis.
Regia clauatum penetrat veſtigia ferrum
Quod neruos, venas, oſſaqꝫ cōminuit.
Aſpicit iſta pudens exangui pectore virgo,
Sauciaqꝫ interno lumina rore lauat.

Iuuencus libro 4. euan. hiſtoriæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

## Ex Hecaſti. Ioan. Murmel. Ruremũ.

Turbidus ecce coit miſera ad ſpectacula vulgus,
In cruce diſtentus luditur ipſe deus.
Clauis expanſa diris, ſublime leuatur,
Impete diſrupta, ſanguine tincta caro.
Quis tibi tunc virgo cernenti talia ſenſus?
Quo gemitu quo mens tacta dolore ruit?
Optim⁹ vt parcat miſeris pater hoſtibus, orat:
Latroniq; datur gloria vera pio.
Commendans iuueni matrē te virgo pudico,
Ecce inquit mulier filius iſte tuus.
Patris opem clamans deſyderat: & ſitibundus
Confuſi laticis guſtat amaritiem.
Tempus adeſt mortis, ſe conſummaſſe fatetur
Omnia: fatidici quæ cecinere viri.
Aetherio mentem ſuprema voce parenti
Commēdat moriens: deprímiturq; caput,
Solis ad interitum tegitur caligine phœbus:
Fractaq; terrifico ſaxa fragore crepant.
Vt ſacrum ferro miles latus hauſit acuto,
Fonte ſalutari ſanguis & vnda fluunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Sedulius preſbyter li.4.mira. diuinoꝝ:

Ergo vbi cuncta boni cōpleta ē paſſio Chriſti,
Ipſe animam proprio dimittens corpore ſanctā,
Ipſe iterum ſumpturus eā, quia mortuꝰ idem,
Idem viuus erat, membris obeuntibus inſe
Non obeunte deo æternum dominā te per æuū.
Dic vbi nunc triſtis victoria: dic vbi nunc ſit
Mors ſtimulis horrēda tuis: quæ ſemper opimis
Inſtaurata malis, cunctas inuadere gentes
Pænali ditione ſoles, en peſſima non tu
Peruenis ad Chriſtū, ſed Chriſtꝰ peruenit ad te:
Cui licuit ſine morte mori, quicꝫ omnia gignēs,
Omnia conſtituens te non formauit vt eſſes.
Semine vipereo culpa genitrice crearis:
Et venia regnante peris. Iam ſpiritus artus
Liquerat ad tempus, patulo iam frigida ligno
Viſcera pēdebāt: & adhuc furor arma miniſtrās
Cuſpide perfoſſum violat latus: ecꝫ patenti
Vulnere purpureꝰ cruor, & ſimul vnda cucurrit.
Hæc ſunt quippe ſacræ pro relligionis honore
Corpus, ſanguis, aqua, tria vitæ munera noſtrę.
Fonte renaſcentes, membris et ſanguine Chriſti
Veſcimur: atcꝫ ideo templum deitatis habemur,
Quod ſeruare deus nos ānuat immaculatum:
Et faciat tenues tanto manſore capaces.

Iacob. Monta. li. 4. faſci.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

B.Mantuanus li.3.Parthenices Maria.

Gens recutita deum ſub iniquo iudice tandem
Damnatũ fixere cruci, quem pallida mater
Contemplata diu ſtetit:& merore ſepulta
Corda ſopor gelidus clauſit:caua lumina nubes
Texit:& amiſſo ceciderunt robore membra.
Aſt vbi collapſam famulæ, comiteſq; leuarunt:
Atq; fatigatos ſenſim vigor imbuit artus,
Conuerſo ad natum tales dedit ore querelas.
O faciem, o mitis clementia lumina vultus:
O ſine fraude manus:o neſcia criminis ora,
Hoc miſero nutrita ſinu:geſtata lacertis
Membra meis toties:ſummoq; ex æthere miris
Lapſa modis:quæ me facitis ſine coniuge matrẽ.
Non ego vos(& ſi Symeon crudelia fata
Præcinuit)tanto credebam nata dolori:
Nec paritura mihi tantum mœroris:& auſus
Eſt quiſquã ſcelus hoc ingens? Nũ horruit ergo
Mens humana nefas tantũ? quid criminis in te
Nate? quid et tantæ potuit quis fingere culpæ?
Hoc liuoris opus. hæc ſunt dulciſſima proles,
Quæ te mecq; necãt, ſceleri ſcelꝰ arma miniſtrat:
Iuſtitiæq; ratis duplici perit obruta vento.
Flete viri:ſanctæq; nurus, nulla audijt ætas
Par facinus, perit humana ſub imagine mundi
Conditor ipſe, cauũ cœli qui ſuſtinet axem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

F. Cor. Aurelius Goudanus

Parua loquor, plus audet amor, nã carne relicta
  Inuadis ſtygias tactus amore domos
Hic quos a tenera naſcentis origine mundi
  Patria merſerunt crimina viſis auos.
Qui ſpe longanimes, labefacti et vocibus altis.
  Sæpius aduentum rex petiere tuum.
Aſt vbi victor ades triſteis patuere cauernæ
  Luce tua ſperſa eſt flebilis vmbra ſtygis.
Tum primum ſacer ille chorus dilata ſerenũ
  Poſt vota aſpexit lætus adeſſe diem.
Haud mora lõga fuit, mox ferrea clauſtra reſol.
  Rumpis, et indignis indita vincla viris. (uis.
Eripis hinc quicquid veteris migrauerat hoſtis
  In ius, ob primi debita patris Adæ.
Exors peccati, noſtro pro crimine magnum
  Fis precium, mortem morte ligando tua.
Tu mors inſidijs quas impia tendis in eſca
  Dum petis inſontem, perdis auara reos.
Deniqꝫ victa iaces, fruſtraqꝫ minaberis illis,
  Quorꝫ continuo mens ſuper aſtra volat.
  Probã Fal. Ven. Lactanti⁹ de reſurrectione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuẽcus euan. hiſto. li. 4.

Iamq; recedenti veſper ſuccedere ſoli
Cœperat, & procerũ ſolus tũ iuſtior audet
Corpus ad extremũ munus depoſcere Chriſti:
Hic ab Arimathia nomen geſtabat Ioſeph,
Qui quondam verbis aures præſtabat Ieſu.

Iacob. Mon. S. In faſciculo paſſionis.

Nam Chriſtũ, & placidæ coluit pia munia vitæ,
Clam tamen ob ſolymi fulmina nota gregis.
Is petit intrepido latij ducis atria vultu:
Et rogat exanimi nobile corpus heri.
Obſtupet auditæ præſes compendia mortis,
Conſpectuq; frui Centurionis auet.
Hoc vbi ſcitato didicit mortem eſſe peractam,
Supplicis exaudit feruida vota viri.
Ille pari officio collegæ adiutus honeſti,
Deponit domini pallida membra ſui.
Tũ dolor (heu) quantꝰ præcordia mr̃is habebat,
Quis vel meonio præditus ore canet?
Et laceris mœſta crebro artubus oſcula figit:
Dumq; rigat lachrimis vulnera, vulnꝰ alit.
O mea vita, ſalus, requies (fortaſſe profata eſt)
Effera, et immerita ſiccine morte peris?
Siccine præcellens reuerendi numinis aula
Corruis: atq; oculos nox habet atra tuos?



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Ex Chriſti itinerario per Cor. Aurel Gou.

A cruce depoſita, & roſeo madefacta cruore
Ante pedes genitrix membra relata tenet.
Circuit amplexans & fletibꝰ oſcula miſcens,
Vix tumulo condi corpus inane ſinit.
Hei mihi qualis eras inquit: quantũq; minutus
Cerneris a priſco gnate decore tuo.
Qui dudum virtute potens, ſigniſq; coruſcus
Nam deus intus eras, nunc ſine voce iaces.
Qꝫ lacer es, qui fracta ſoles firmare potenter:
Quo latet heu deitas, corpus amara premũt.
Hęccine gnate tua eſt grandi ꝓ munere merces?
Munere quo potuit gratius eſſe nihil.
O triſtes vultus: o triſtia carnis amenæ
Vulnera, & infuſum ſanguinis imbre caput.
Quid mihi gnate datũ eſt, huic te genuiſſe labo(ri?
Cur nõ ante diẽ morte ſubacta tuum?
O quot dulcis amor, o quot mea vita dolores
Infligis nobis gnate dolore tuo.
Sic ait et noctis tandẽ cogentibus vmbris
Suſtinet exciſo condere membra loco.

Iacobus Montanus li. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iacobus Montanus Spireñ.

Gnauiter interea pollinctor munus vterq;
Funeris ornandi iuſtaq; proſequitur.
Alter diſcutiens fartam niueo ære crumenam,
Candidam honorificũ ſindona tegmẽ emit.
Alter habẽs ferme cẽtũ grauida vnguina libris/
Miſturam artificem myrrhæ, aloeſq; facit.
Ergo artus domini linit hic, tegit ille verendos:
Et ſtudet officio quiſq; iuuare ſuo.

Iuuencꝰ li. 4. euan. hiſtoriæ.

Iamq; dies rutilo complebat lumine terras,
Ocia qui ſemper priſca de lege iubebat.
Nulla ſed immitis procerũ furor ocia ſeruat,
Cõueniunt, onerantq; ſimul ſic iudicis aures;
Erroris laqueos iuſtiſſima pœna reſoluit,
Nunc meminiſſe me decet, q̃m planus ille ſolebat
Vulgari ſemper iactans promittere plebi
E mortis ſeſe tenebris ad lumina vitæ
Cum trino ſolis pariter remeare recurſu.
Sed petimus cuſtos miles noua funera ſeruet,
Ne fera diſcipulis furandi audacia corpus
Conſurgat: turbetq; recens inſania plebem.
Seruate vt vultis præſes (permittitur) inquit.
Conueniunt: ſaxiq; ingentia pondera voluunt:
Et limen ſignis, et ſaxum milite ſeruant.

Sedulius 4. mirabi. diuinoꝝ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Sedulius li. 4. mirabi. diui.

Cœperat in terra poſt triſtia ſabbata fœlix
Irradiare dies, culmen qui nominis alti
A domino dominante trahit, primuſqꝫ videre
Promeruit naſci mundũ, atqꝫ reſurgere Chriſtũ
Septima nã geneſis cũ dicit ſabbata claret
Nunc orbis caput eſſe diẽ, quẽ gloria regis
Hunc etiam proprĳ donans fulgore tropæi
Primatum retinere dedit, hoc luminis ortu

F. Cor. Aurelius Lopſenus

Ocius ecce fores, fumoſaqꝫ tecta relinquens
Vota tuæ aſpiciens Chriſte phalangis ades.
Res noua mirifico ſurgens de morte/ tropæo
Carne reaſſumpta maior honore redis.
Corporis ingenui ſtygĳs regreſſus ab antris,
Defers effigiem nobiliore gradu.
Qđ prius abducta poteras mors tollere fauce
Immortale manens iam ſuper aſtra micat:
Et poſtqꝫ remeans tua clauſerat ora redemptor,
Iuſtorꝝ merito ſub pede victa iaces.
Victa iaces vincente deo, diuina vbi virtus
Rurſum ſpiritui corpus inane iugat.
Quid rogo iuris habes vbi poſt monumẽta re.
Natale cineres: fineqꝫ origo redit (ceptant
Sæpius interea Chriſte offers vera triumphi
Signa tui: & trepidis gaudia pacis Aue.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Poſt longos tandem gemitus: poſt funera natũ
Prima reſurgentem vidit, nam conſcius ipſe
Materni mœroris: auos vbi traxit ab Orco
Mane ſub auroram ingenti cum luce parentis
Tecta ſubingrediẽs, quid tot ſingultibus inquit
Chara parens quid te fletu conſumis acerbo?
En tua progenies adſum, mecũq; nepotis
Vmbra tui, cognoſce manꝰ: veteremq; figuram.
Cur tantos noſtro ſparſiſti in funere planctus:
Ipſe tuas grauius voces: animiq; dolorem.
Quꝰ tormenta tuli. ſed iam aſpera cuncta peregi:
Nil ſupereſt mortale in me: nil triſte relictum.
Vicimus infernos: gentemq; ſubegimus atram.
Pone metus, curaſq; parens: hilariq; beatam
Fronte diem celebra, paruo poſt tẽpore mecũ
Immortalis eris: ſceptrũq; tenebis olympi.
Sic fatus ſubito tenues diſceſſit in auras.
Hoc viſu rediere animi: vireſq; reſumpſit
Parthenice amiſſas: ꝑ eburnea mẽbra cucurrit
Purpureꝰ color: & formę reuocauit honorem.
Sicut cũ rapido noua gramina perculit æſtu
Phœbus, & egregiũ calor abſtulit oris honorẽ,
Si nouus humenti labatur ab aere nymphus;
Et ſcatebris riget oẽ ſolũ: vetus intrat in herbas
Robur: & agrorũ redit inſtaurata venuſtas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Iuuencus libro 4. euan. hiſtoriæ

Sidera iam noctis venturo cædere ſoli
Incipiunt, tumuli matres tum viſere ſeptum
Concurrunt, motus ſed terram protinus omnē
Concutit, et cœlo lapſus deſcendit aperto
Nuncius, et ſaxum tumuli de limine voluit.
Illius & facies ſplendet ceu fulguris ignis:
Et niuis ad ſpeciem lucent velamina veſtis.
Militibus terror ſenſum diſcluſerat omnem,
Et iacuere ſimul ceu fuſa cadauera læto.
Ille ſed ad matres tali cum voce profatur.
Veſtra pauor nullus quatiens nūc corda fatiget
Nam manifeſta fides ſanctū vos querere corpus
Quod crucis in ligno ſcelerata inſania fixit.
Surrexit Chriſtus, æternaq; lumina vitæ
Corpore cum ſancta deuicta morte recepit
Viſere iam vobis licitum eſt ꝙ ſede ſepulchri
Nulla iſtic iaceant fuerant quæ condita mēbra.
Dicite præterea celeri, properoq; recurſu
Diſcipulis Chriſtum remeaſſe in luminis oras:
Inq; Galilæam lætum præcedere terram.
Tū mox diſcipulis referūt, tumulūq; relinquūt.
Ecce viæ medio clarus ſe oſtendit Ieſus
Occurrūt illæ & genibus plantiſq; prehenſis
Victorem leti pauide venerantur Ieſum,

Sedulius mirabi. diuinoꝝ. 4.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Anto Geral.æg.S. Interlocutores
Magdalena.& Ieſus. Magdalena.

Heu nũc quid video? quis duri ſaxa ſepulchri
Euoluit iuuenes operit quos cãdida veſtis:
Formoſæq; tegunt alæ, quis ſuſtulit almæ
Corpus, et egregie cuſtos o villice terræ
Dic vbi queſo mei dñi pia membra locaris
Me miſerã, quid agã, lachrimis quis finis acerbis
Quid ploras mulier? Vidi quẽ queris ĩ horto? Ie.
Nõ deĩde hic quæras ſurrexit, ad æthera Chriſt⁹
Ecce vides vacuũ quo nuꝑ condit⁹ antrũ.
Tu ne es de morte rediuiu⁹ Chriſte reſur. Mag.
Qui crucis aerię fueras ſublat⁹ in arã? (gẽs,
Quẽ nos condidimus gelidi ſub fornice ſaxi.
Pulchrior euictis tenebris poſt fata reſurgens.
Proh q̃ꝫ lęta meam peruadunt gaudia mentẽ.
Accedã: tangamq; pedes venerãde magiſter.
Qui ꝓcul hic faxis iubeo: & me tãgere noli Ieſus
Nondũ eteni ad ſũmũ conſcendi victor olympũ
Sed pete diſcipulos, dic illic ꝙ leuis alta
Aſtra peto. omnifici manſurus in arce tonatis:
Ad dextrãq; patris redeo vnde huc ante ꝓfect⁹.
O q̃ꝫ fauſta dies populis apparuit imis. Mag.
Et ſuperis, micuit q̃ꝫ læto lucifer aſtro,
Cũ mors morte perit, luxq; õnis luce redẽpta eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Mox alĳs conuiua potens in fragmine panis
Agnitus enituit, quia verus panis apertis
Semper adeſt oculis, fidei quos gracia claros
Efficit, vt dñm viuentem cernere poſſint.
Gnarus itē dominus Petro piſcante per æquor
Cum ſocĳs captum eſſe nihil, dimittere lina
In dextras hortatur aquas, mox gurgite clauſo/
Pendula fluctiuagam traxerunt retia prædam.
Nec piſces, prunæꝗ vacant, & panis in vno
Diſcipulis inuenta loco, quiſnā ambigat vnam
His reb⁹ conſtare fidem: quippe eſt aqua piſcis,
Chriſtus adeſt panis, ſanct⁹ quoꝗ ſpirit⁹ ignis.
Hinc etenī abluimur, hinc paſcimur, inde ſacra.
Tunc epulis præceptor eos inuitat edendis (mur
Alloquĳs de more pĳs: menſamꝗ petentes
Vnanimes nota domini bonitate fruuntur.
Et Chriſtum ſenſere ſuum, modicoꝗ paratu
Poſtꝗ̄ victa fames, & ſurrexere relictis
Rite choris, an corde Petrus ſe diligat alto
Explorat domin⁹. Petrus annuit, ergo nitentes
Paſtor amans augere greges, operario in omni
Parte bono cōmēdat oues/commēdat & agnos.
Hæc terno ſermone mouens, vt terna negantis
Culpa recens parili numero purgata maneret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Sepe dehinc proprios diuerſi temporis hora
Diſcipulos manifeſtus adit, veſcentibus illis
Extemplo nunc ora ferens, nūc piſcis abuſti,
Atqꝫ faui mandens epulas, quo rite doceret
Corporeas res eſſe dapes, ſeſeqꝫ videri
In membris quibus ante fuit. formidine rurſus
Plebis apoſtaticæ dominū quæ cęca negaſſet
Cum foribus clauſis reſideret turba fidelis
Pace ſalutantis ſeſe intulit: atqꝫ foratas
Expediens palmas, nudat latus. aſt ibi Thomas
Cui didymus cognomen erat, cum fratribꝰ vna
Non fuerat: dubioqꝫ fidem ſub corde gerebat.
Donec rurſus eo pariter reſidente veniret,
Qui nūqꝫ ſubtractus erat, tunc limine clauſo
Conſtitit in medio, non dedignatus apertum
Diſcipulis monſtrare latus, tactuqꝫ probari
Vulneris, & mentem patienter ferre labantis,
Agnitus hinc potius ꝙ ſit dubitantis amicus.
Quiſquis enī artifices cæca ſub imagine fraudes
Inſtruit & varias cupit exercere figuras,
Non vult agnoſci, non vuult ſua facta requiri
Vt lateant ſub nube doli, nebulaqꝫ recludens
Omnia, ſollicitos odit ſimulator amicos.

Proba Fal. Ven.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Sedulius libro 4.

Inde ſequenda docēs, pacem ōnes inquit habete,
Pacem ferte meam, pacem portate quietam,
Pacem per populos monitis diſpergite ſanctis:
Et mundum vacuate malis; genteſq; vocate
Finibus e cunctis latus qua tenditur orbis,
Iuſſis mando meis, omneſq; in fonte lauari.
Hæc vbi dicta pio dñs ſermone peregit,
Bethaniæ mox arua petit, coramq; beatis
Qui tantū meruere viris ſpectare triumphum,
Aethereas euectus abit ſublimis in auras.
Ad dextrā ſedet ipſe patris, mundūq; gubernat
Iure ſuo, qui cuncta tenens excelſaq; et ima,
Tartara poſt cœlum penetrat, poſt tartara cęlū.
Illi autē læti cernētes vultibus altas
Ire ſuper nubes dominū, tractuſq; coruſcos
Veſtigijs calcare ſuis, venerantur, adorant,
Sydereaſq; vias alacri ſub corde reportant,
Quas cunctos docerāt, teſtes, nā iure fideles
Diuinæ virtutis erant, quia plura videntes,
Innumerabiliū ſcripſerūt pauca bonorꝶ.
Nam ſi cuncta ſacris voluiſſent tradere chartis
Facta redemptoris, nec totus cingere mundus
Sufficeret, denſos per tanta volumina libros.

Prudentius in Dittochæo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Spiritus ætherea deſcendēs ſanctus ab aula
Irradiat fulgore locū, quo ſtemma beatum
Eccleſiæ naſcētis erat, quibus igne magiſtro
Imbuit ora calor, dictiſq; fluentibus exit
Linguarū populoſa ſeges, non littera geſſit
Officium, non ingenij ſtillauit ab ore
Vena, nec egregias ſignauit cera loquelas,
Sola fuit doctrina fides, opulentaq; verbi
Materies cœleſte datum, noua vocis origo
Quæ numeroſa venit, totoq; ex orbe diſertis
Sufficit vna loqui, dudum vetus æquoris arca
Cum ſuperaſſet aquas, turrim voluere maligni
In cœlum proferre ſuam, quibus impia corda
Sermonū ſecuere modos, ſocijſq; ſuperbis
Affectus cum voce perit, confuſio linguæ
Conſimili tunc gente fuit, nunc plurib⁹ vna eſt.
Eccleſiæ qm̄ venientis imagine gaudet
Concordes habitura ſonos, & pace modeſtis
Fit fœcunda redux, humiliſq; recolligit ordo
Quod tumidi ſparſere viri, noua vaſa liqrē
Suſcepere nouū, nec corrumpūtur acerbo.
Tertia ſydereis inclaruit hora loquelis,
Mentibus inſtat amor, ſermonib⁹ æſtuat ardor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

B.Mantuanus Parthenices Maria.li.3.

Virgo parens ſtrato recubabat feſſa cubili:
Et lachrymans requiem orabat finēq; laborꝛ.
Audĳt omnipotens, mox iuſſu chara tonãtis
Lapſa polo venit ſoboles: ægramq; parentem
Alloquio lenit blando: ſedatq; dolorem.
Diua parens inquit fateor, mora longa laborē
Accumulauit, ob id maior tibi gloria creuit
Hæc genitus, læto genitrix hæc reddidit ore
Expectate diu nate exilio, finemq; labori
Pone meo, atq; tuos (añ hoc quã corpore migrē)
Da videam fratres: iuſta exhibeantq; ſepultæ.
Necdum finierat, quũ iam duodena per auras
Lœta cohors aderat, lõginquas vecta per oras
Tum niueam Chriſtus diſſoluit carcere mentē,
Et ſuperiniecit, tulerat quæ dona parenti.
Atq; ſinu matrem proles complexa per altos
Aeris aſcendit tractus: iuxtaq; paternũ
Ad læuam, ſolium ſublimi in ſede locauit.
Interea miſſi ſtrato impoſuere feretro
Solliciti exanimũ corpus: conduntq; ſepulchro.
Verum illud nati imperio poſt tempore paruo,
Ardenti corpus veſtitum lumine diui
Aſtra ſuper ductum menti impoſuere beatæ
Ipſa tenens ſceptrum: & nitido diademate fulgẽs
Cincta caput, terras amat, & ſuꝑ æthera regnat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Antonius Geral.æglo.ii,

Exciſo veteri flammis populantibus orbe,
Extructoqꝫ nouo poſt tanta incendia mundo,
Antiquos rediet ſurgens ſtirps omnis in artus,
Iudicis horrifici extremū ſubitura tribunal.
Ergo vbi rauca dabit ſonitū tuba, protinꝰ õnes
Excitæ coient diuerſo e littore gentes,
Quas oriens phœbus radĳs afflauit eois;
Quaſqꝫ cadeus tepido luſtrauit lumine, quaſqꝫ
Vidit vterqꝫ polꝰ, boreas quas perflat & auſter.
Omnis religio, lex omnis, ſexus & ætas.
Quilibet ordo hominū quocūqꝫ in tēpore natꝰ.
Quiſqꝫ gerens patula culpas in fronte notatas,
Quiſqꝫ ſuis ſtudĳs & vitæ nobilis acta,
Curret in exiguam vario ſufflamine vallem
Fortibus aſſeclis, fulgentiqꝫ agmine ſeptus
Et quino decorans plagarum ſtigmate corpus,
Ore ferox ſtabit haud vlli exorabilis vlli.
Hinc rectam liquido ſuſpendet ab aere libram,
Lancibus expēdens geminis fas omne, nephaſqꝫ,
Et merita, et noxas, laudes et crimina.
Nec mora, quos nimio curuari pondere culpæ
Cernet humi, mittet iuſtis ad tartara pœnis,
Perpetuo vt nunqꝫ cruciatu occumbere poſſint
Exhauſti, ſed fine carens dolor vrgeat illos,
Hic vbi triſtis adeſt horror ſtridorqꝫ gemētum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Deiparæ virginis Mariæ dolores ſeptē, totidēq; gaudia per Alardū Amſtel.

## Dolor Primus. Lucas. ij.

Quo non o Maria angeris dolore,
Quum dulcē Symeon gerens in vlnis
Prolem, fata cruenta fata, moeſtum
Pertētantia cor, palam canebat

## Secundus. Matthæus. ij.

Quæ mens, qui tibi tunc fuere ſenſus.
Quū Herodis profuga ob metū tyranni
Omneis funere bimulos acerbo
Mergentis. Pharias reuiſis oras.

## Tertius. Lucas. ij.

Quę lamenta cies, cieſq; luctus.
Quum tu rere tuum periſſe ephebum,
Qui treis æde dies ſacra latebāt
Inter Rhetoras, inter archiſcribas

## Quartus. Lucas. xxiij.

Quis mœror, quis amaror, & quis angor,
Quū mole innocuū trabali honuſtum
Agnū carniuoris vbique cinctum
Lupis, proſpicis ad crucē vſque duci.

## Quintus, Ioannes. xix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Quam trux triſte fodit machera pectus,
Quum cruci bubulis ꝑbroſiori
Neruis, ſentibus, aſperiſq; clauis
Stringunt, & moribunda mortuo adſtas.

Sextus. Matthæus. xxvij

Quam ſanguis gelido cohit pauore.
Quum infami e cruce, millibus peremptū
Diris, vulneribuſq; dant rigentem,
Et datum gremio excipis tegendum

Septimus, Lucas xxiij

Vt fles, vt gemis, vtq; pertremiſcis,
Quū humenti lacerum ſinu cadauer,
(Poſtq; ſaucia membra colluiſſes)
Vellentes, gelido locant ſepulchro.

O ego ne tales poſſē ſentire dolores
Quales nemo tulit, nemo pareſq; feret.

¶ Primum gaudiū Lucas i.

Quo nō o Maria es referta plauſu,
Quum tu ſpes pereūtis vna gentis,
Pronubo Gabriele facta prægnans.

Secundum Lucas. i.

Quantum læticiæ ſubinde ſentis,
Quum tu per iuga ſola læta reptans
Obuiam Elizabet pie ſalutas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Tertium. Lucas. ij.

Quo perfuſa fuere corda plauſu,
Quum tu labis originalis expers,
Illæſo ſobolem paris pudore

Quartum. Matthæus. ij.

Quã mens omine plaudit auſpicato,
Quũ gnauæ tibi dant alũnæ Ieſu
Reges regia dona, eumq; adorant.

Quintũ citra autorẽ pie creditur.

Quid plauſus, iubilicq;, gaudijcq;.
Quum te multiiugo obrutam dolore
Poſt mortem, ante alios reuiſit omneis.

Sextum. Lucas. xxij. Actorũ. 2.

Quo præcordia geſtiunt triumpho,
Quum iugi ſuperum flagrans amore,
Sacro pneumate tota iam repleris

Septimum Lucas. xxiij.

Vt gaudes, vt ouas, vt vſq; plaudis:
Quũ tibi omnigenum exhibens honorẽ
Gnatus, ſtelligeris reponit oris.

Talia nõne meã penetrabũt gaudia mẽtẽ,
Qualia nemo tulit, qualia nemo feret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Laatste bl. ontbreekt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 G 5